At ille respondens: dixit patri suo.
Ecce tot annis seruio tibi: et numquam
mandatum tuum preteriui: et numquam
dedisti michi edum: ut cum amicis
meis epularer. Sed postquam hic filius
tuus qui deuorauit substantiam suam
cum meretricibus uenit: occidisti illi uitu
lum saginatum. At ipse dixit illi. Fi
li: tu semper mecum es: et omnia mea tua

sunt. Epulari autem et gaudere oportebat.
quia frater tuus hic mortuus erat et
reuixit. perierat et inuentus est. Dominica.
In illo tempore. Erat ihesus eici tertia. secundum lucam.
ens demonium. et illud erat mutum.
Et cum eiecisset demonium. locutus
est mutus. et admirate sunt turbe.
Quidam autem ex eis dixerunt. In beelzebub
principe demoniorum. eicit demonia.
Et alii temptantes. signum de celo que
rebant ab eo. Ipse autem ut uidit cogita
tiones eorum. dixit eis. Omne regnum in
seipsum diuisum desolabitur. et domus
supra domum cadet. Si autem et sathanas
in seipsum diuisus est. quomodo stabit
regnum ipsius. quia dicitis in beelzebub
eicere me demonia. Si autem ego in beel
zebub eicio demonia. filii uestri in quo ei
ciunt. Ideo ipsi iudices uestri erunt. Por
ro. si in digito dei eicio demonia. perfec
to peruenit in uos regnum dei. Cum for
tis armatus custodit atrium suum. in

pace sunt ea que possidet. Si autem fortior
illo superueniens uicerit eum: uniuersa ar
ma eius aufert in quibus confidebat. et
spolia eius distribuet. Qui non est mecum.
aduersum me est. et qui non colligit mecum
dispergit. Cum inmundus spiritus exierit de
homine: ambulat per loca inaquosa: que
rens requiem: et non inueniens. dicit:
Reuertar in domum meam unde exiui. Et
cum uenit: inuenit eam scopis mundatam
et ornatam. Et tunc uadit et assumit sep
tem alios spiritus nequiores se. et ingressi ha
bitant ibi. Et sunt nouissima hominis
illius: peiora prioribus. Factum est autem cum
hec diceret: extollens quedam mulier uocem
de turba dixit illi. Beatus uenter qui te
portauit: et ubera que suxisti. At ille
dixit. Quinimmo: beati qui audiunt uer
bum dei: et custodiunt illud. Feria secunda.
Illo tempore. Dixerunt pharisei ad Secundum lucam.
ihesum. Quanta audiuimus facta in caphar
naum: fac et hic in patria tua. Ait autem.

Amen dico uobis. quia nemo propheta acceptus
est in patria sua. In ueritate dico uob. mul
te uidue erant in diebus helye in isrl. quan
do clausum est celum annis trib; et mensib;
sex. cum facta esset fames magna in omni
terra. et ad nullam illarum missus helyas.
nisi in sarepta sydonie ad mulierem uiduam.
Et multi leprosi erant sub elyseo propheta in is
rael. et nemo eorum mundatus est. nisi na
aman syrus. Et repleti sunt omnes in sy
nagoga ira. hec audientes. Et surrexerunt
et eiecerunt illum extra ciuitatem. et duxe
runt illum usque ad supercilium montis.
supra quem ciuitas illorum erat edificata.
ut precipitarent eum. Ipse autem transiens.
per medium illorum ibat. Fr. iii. secundum ma
thеum. In illo t. Respiciens ihesus discipulos
suos. dixit symoni petro. Si peccauerit in
te frater tuus. uade et corripe eum inter
te et ipsum solum. Si te audierit. lucra
tus eris fratrem tuum. Si autem non te audi
erit. adhibe tecum adhuc unum uel duos

ut in ore duoꝝ uel trium testium stet o
omē ūbum. Q̄ ꝺ si non audierit eos: dic
ecclie. Si aūt ecc̄liam non audierit: sit ti
bi sicut ethnicus et publicanus. Amen di
co uobis: quecumq; alligaueritis sup t̄ram.
erunt ligata et in celo. Et quecumq; sol
ueritis sup t̄ram: erunt soluta et in celo.
Iterū dico uob. quia si duo ex uobis consen
serint sup t̄ram de omi re quācumq; peti
erint: fiet illis a patre meo qui in celis ē.
Ubi enim sunt duo uel tres congregati in
nomine meo: ibi sum in medio eoꝝ. Tūc
accedens ad eum petrus: dixit. Dn̄e. quo
tiens peccabit in me frat̄ meus: dimittā
ei usq; septies? Dicit illi ihs. Non dico ti
bi usq; septies: set usq; septuagies septies.
In illō. Accesserūt fr̄. iiii. sc̄dm matheum.
ad ihm ab ierosolimis scribe et pharisei:
dicentes. Quare discipuli tui transgredi
untur traditiones senioꝝ? Non enim lauāt
manus suas cum panē manducant. Ipē
aūt respondens: ait illis. Quare et uos

tranſgredimini mandatum dei propter tra
ditionem uestram. Nam deus dixit. Hono
ra patrem tuum et matrem tuam. Et qui
maledixerit patri uel matri: morte moriatur.
Vos autem dicitis: quicumque dixerit patri uel
matri: munus quodcumque est ex me tibi pro
derit: et non honorificauit patrem ſuum
aut matrem ſuam: et irritum feciſtis
mandatum dei propter traditionem uestram.
Hypocrite: bene prophetauit de uobis eſayas.
dicens. Populus hic labiis me honorat.
cor autem eorum longe est a me. Sine cau
ſa autem colunt me. docentes doctrinas
et mandata hominum. Et conuocatis
ad ſe turbis: dixit eis. Audite et intel
ligite. Non quod intrat in os coinquinat
hominem: ſet quod procedit ex ore: hoc coinqui
nat hominem. Tunc accedentes diſci
puli eius: dixerunt ei. Scis: quia phari
ſei audito uerbo hoc: ſcandalizati ſunt.
At ille reſpondens: ait. Omnis planta
tio quam non plantauit pater meus

celestis: eradicabitur. Sinite illos. Ceci sunt
duces cecorum. Cecus autem si ceco ducatum
prestet: ambo in foveam cadunt. Respon
dens autem petrus: dixit ei. Edissere nobis
parabolam istam. At ille dixit. Adhuc
et uos sine intellectu estis? Non intelli
gitis: quia omne quod in os intrat in uen
trem uadit: et in secessum emittitur? Que
autem procedunt de ore: de corde exeunt.
et ea sunt que coinquinant hominem.
De corde enim exeunt cogitationes ma
le: homicidia: adulteria: fornicationes.
furta: falsa testimonia: blasphemie.
Hec sunt que coinquinant hominem.
Non lotis autem manibus manducare: non
coinquinant hominem. Fr. v. secundum
In illo tempore. Surgens ihesus de synago lucam.
ga: introiuit in domum symonis. So
crus autem symonis: tenebatur magnis fe
bribus. Et rogauerunt illum pro ea. Et stans
super illam: imperauit febri: et dimisit il
lam. Et continuo surgens: ministrabat

illis. Cum sol autem occidisset: omnes qui ha
bebant infirmos variis languoribus duce
bant illos ad ihesum. At ille singulis manus
imponens. curabat eos. Exibant autem de
monia a multis clamantia et dicentia:
quia tu es filius dei. Et increpans: non
sinebat ea loqui. quia sciebant ipsum esse
xpistum. Facta autem die: egressus ibat in de
sertum locum: et turbe requirebant eum.
Et venerunt usque ad ipsum: et detinebant
eum ne discederet ab eis. Quibus ille ait.
Quia et aliis civitatibus oportet me evan
gelizare regnum dei: quia ideo missus
sum. Et erat predicans in synagogis ga
lilee. Feria .vi. secundum iohannem.
In illo tempore. Venit ihesus in civitatem samarie
que dicitur sychar: iuxta predium quod dedit
iacob ioseph filio suo. Erat autem ibi fons
iacob. Ihesus ergo fatigatus ex itinere: sede
bat sic super fontem. Hora erat quasi sexta.
Venit mulier de samaria haurire aquam.
Et dicit ei ihesus. Da michi bibere. Discipuli

enim eius abierant in ciuitatem: ut cibos
emerent. Dicit ergo ei mulier illa sama
ritana. Quomodo tu iudeus cum sis bi
bere a me poscis: que sum mulier sama
ritana? Non enim coutunt̄ iudei sama
ritanis. Respondit ihs. et dixit ei. Si sci
res donum dei. et quis est qui dicit tibi
da michi bibere. tu forsitan petisses ab eo.
et dedisset tibi aquam uiuam. Dicit ei mu
lier. Dn̄e. neq; enim in quo haurias habes.
et puteus altus est. Unde ergo habes aquā
uiuam? Numquid tu maior es patre nr̄o
iacob qui dedit nobis puteum. et ipse
ex eo bibit. et filii eius. et pecora eius?
Respondit ihs. et dixit ei. Om̄is qui bi
bit ex aqua hac. sitiet iterum. Qui autē
biberit ex aqua quam ego dabo ei. nō si
tiet in eternum. Sed aqua quam ego dabo
ei. fiet in eo fons aque salientis in uitā
eternam. Dicit ad eum mulier. Dn̄e. da
michi hanc aquam. ut non sitiam. neq;
ueniam huc haurire. Dicit ei ihs. Vade

uoca uirum tuum: et ueni huc. Respon
dit mulier: et dixit. Non habeo uirum.
Dicit ei ihs. Bene dixisti quia non habeo
uirum. Quinq; enim uiros habuisti: et
hunc quem habes non est tuus uir. hoc
uere dixisti. Dicit ei mulier. Dñe: uideo
quia pp̄ha es tu. Patres nr̄i in monte
hoc adorauer̄t. et uos dicitis quia iero
solimis est locus: ubi adorare oportet.
Dicit ei ihs. Mulier: crede michi. quia
ueniet hora: quando neq; in monte hoc.
neq; ierosolimis adorabitis patrem. Vos
adoratis qd nescitis: nos adoramus qd sci
mus: quia salus ex iudeis est. Set uenit
hora: et nunc est: quando ueri adorato
res adorabunt patrem. in spū et uītate.
Nam et pater tales querit: qui adorent
eum. Sps est deus: et eos qui adorant
eum: in spū et uītate oportet adorare.
Dicit ei mulier. Scio. quia messias uenit.
qui dicit̄ xps. Cum ergo uenīt: ipse no
bis annuntiabit omīa. Dicit ei ihs. Ego

sum qui loquor tecum. Et continuo ue-
nerunt discipuli eius: et mirabantur quia
cum muliere loquebatur. Nemo tamen di-
xit: quid queris: aut quid loqueris cum
ea. Reliquid ergo ydriam suam mulier:
et abiit in ciuitatem. et dicit illis hominibus.
Venite et uidete hominem. qui dixit michi
omnia quecumque feci. Numquid ipse est
xps. Exierunt de ciuitate. et ueniebant
ad eum. Interea rogabant eum discipuli
eius: dicentes. Rabbi: manduca. Ille
autem dixit eis. Ego cibum habeo mandu-
care. quem uos nescitis. Dicebant ergo
discipuli eius ad inuicem. Numquid a-
liquis attulit ei manducare. Dicit eis
ihs. Meus cibus est. ut faciam uolunta-
tem eius qui misit me. ut perficiam opus
eius. Nonne uos dicitis quod adhuc qua-
tuor menses sunt. et messis uenit. Ecce
dico uobis. Leuate oculos uestros. et uide-
te regiones. quia albe sunt iam ad mes-
sem. Et qui metit mercedem accipit. et

congregat fructum in uitam eternam: ut
et qui seminat simul gaudeat et qui
metit. In hoc est enim u̅bum ueru̅: quia
alius est qui seminat: et alius est q̄ me-
tit. Ego misi uos metere q̄d uos n̄o la
borastis: alii laborauer̄t: et uos in labo
res eoꝝ introistis. Ex ciuitate aut̄ illa.
multi crediderunt in eum samaritanoꝝ:
ꝓpt̄ uerbum mulieris testimonium phi
bentis: quia dixit michi om̄ia queciq;
feci. Cum uenissent ergo ad illum sama
ritani: rogauer̄t eum ut ibi maneret.
Et mansit ibi duos dies. Et multo plu
res crediderunt ꝓpter sermones eius. ⁊ mu
lieri dicebant. quia iam non ꝓpter tuam
loquelam credimus. Ipsi enim audiui
mus et scimus: quia hic est uere salua
tor mundi. Sabbato. secundum iohem.
In illo t̄. Perrexit ih̄s in montem oliueti.
et diluculo iterum uenit in templum.
Et om̄is p̄pl's uenit ad eum: et sedens do
cebat eos. Adducunt aut̄ scribe ⁊ pharisei

mulierem in adulterio dep̄hensam. et sta
tuerūt eam in medio. et dixerūt ei. Magister.
hec mulier modo dep̄hensa est in adult̄io.
In lege aūt mandauit nobis moyses hui⁹
modi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hec aūt
dicebant. temptantes eum. ut possent ac
cusare eum. Ihs aūt inclinans se deorsū.
digito scribebat in terra. Cum aūt p̄seuā
rent int̄rogantes eum. erexit se. et dixit
eis. Qui sine peccato est ur̄m. primus in
illam lapidem mittat. Et iterum se incli
nans. scribebat in terra. Audientes aūt.
unus post unum exibant. incipientes a
senioribꝫ. Et remansit solus ihs. et mu
lier in medio stans. Erigens aūt se ihs.
dixit ei. Mulier. ubi sunt qui te accusa
bant? Nemo te condempnauit? Que di
xit. Nemo dn̄e. Dixit aūt ei ihs. Nec ego te
condep̄nabo. Vade. ⁊ ampli⁹ noli peccare.
Illt̄. Abiit ihs trans Dn̄ica. iiii. s̄m iohēm.
mare galilee. qd̄ est tyberiadis. Et seq̄
bat̄ eum multitudo magna. quia uide

bant signa que faciebat: super hiis qui infir
mabantur. Subiit ergo in montem ihs. et
ibi sedebat cum discipulis suis. Erat autem
proximum pasca: dies festus iudeorum. Cum
subleuasset ergo oculos ihs. et uidisset
quia multitudo maxima uenit ad eum:
dixit ad philippum. Vnde ememus panes
ut manducent hii: hoc autem dicebat temp
tans eum. Ipse enim sciebat quid esset fac
turus. Respondit ei philippus. Ducento
rum denariorum panes non sufficiunt eis:
ut unusquisque modicum quid accipiat.
Dicit ei unus de discipulis eius: andreas
frater symonis petri. Est puer unus hic.
qui habet quinque panes ordeaceos. et du
os pisces. Sed hec quid sunt inter tantos:
Dicit ergo ihs. facite homines discumbere.
Erat autem fenum multum in loco. Discu
buerunt ergo uiri: numero quasi quinque mi
lia. Accepit ihs quinque panes: et cum gratias e
gisset: distribuit discumbentibus. Simi
liter et ex piscibus: quantum uolebant.

Vt autem impleti sunt. dixit discipulis suis.
Colligite que superauerunt fragmenta. ne pere
ant. Collegerunt ergo. et impleuerunt duode
cim cophinos fragmentorum. ex quinque panibus
ordeaceis. que superfuerunt hiis qui mandu
cauerant. Illi ergo homines cum uidissent quod
fecerat signum. dicebant. Quia hic est uere
propheta. qui uenturus est in mundum. Fr.
In illo tempore. Prope erat pascha. ii. Sec. Iohannem.
iudeorum. et ascendit ihesus ierosolimam. Et
inuenit in templo uendentes boues et
oues. et columbas. et nummularios se
dentes. Et cum fecisset quasi flagellum
de funiculis. omnes eiecit de templo. oues
quoque et boues. et nummulariorum effu
dit es. et mensas subuertit. Et hiis qui
columbas uendebant. dixit. Auferte ista
hinc. et nolite facere domum patris mei.
domum negotiationis. Recordati uero sunt
discipuli eius. quia scriptum est. Zelus
domus tue comedit me. Responderunt er
go iudei. et dixerunt ei. Quod signum ostendis

nobis: quia hec facis? Respondit ihs. et
dixit eis. Soluite templum hoc. et in tri
bus dieb; excitabo illud. Dixerunt ergo iudei.
Quadraginta et sex annis edificatum est
templum hoc. et tu in trib; dieb; excitab
illud? Ille aut dicebat de templo corporis
sui. Cum ergo resurrexisset a mortuis. re
cordati sunt discipuli eius: quia hoc dice
bat. et crediderunt scripture. et sermoni q
dixit ihs. Cum aut eet ierosolimis in pas
cha in die festo. multi crediderunt in noie
eius. uidentes signa que faciebat. Ipse
aut ihs non credebat semetipsum eis. eo qd
ipse nosset omis. et quia opus ei non erat.
ut quis testimonium phibet de hoie.
nillr. Iam die Fr. iii. secdm iohem.
festo mediante: ascendit ihs in templum.
et docebat. Et mirabant iudei dicentes.
Quomodo hic litteras scit cum non didi
cerit? Respondit ei ihs. et dixit. Mea doc
trina non est mea: set eius qui misit me.
Siquis uoluerit uoluntatem eius facere. cog-

noſcet de doctrina utrum ex deo ſit. an ego
a meipſo loquar. Qui a ſemetipſo loquit̄.
gl̄iam ꝓpriam querit. Qui aut̄ querit glo
riam eius qui miſit illum: hic uerax eſt:
et iniuſtitia in illo non eſt. Nonne moy
ſes dedit uobis legem. et nemo ex uobis
facit legem? Quid me queritis interfic̄e.
Reſpondit turba: et dixit. Demonium
habes. Quis te querit interfic̄e? Reſpon
dit ihs: et dixit eis. Unum opus feci: et
om̄s miramini. ꝓpterea moyſes dedit uo
bis circumciſionem. non quia ex moyſe
eſt: ſed ex patrib;. Et in ſabbato circumci
ditis hoīem. Si circumciſionem accipit
homo in ſabbato: ut non ſoluat̄ lex mo
yſi: michi indignamini: quia totum ho
minem ſanum feci in ſabbato? Nolite
iudicare ſecd̄m faciem: ſed iuſtum iudi
cium iudicate. Dicebant ergo quidā ex
ieroſolimis. Nonne hic eſt quem querūt
interfic̄e? Ecce palam loquit̄: et nichil
ei dicunt. Numquid uere cognouerunt

principes quia hic est xps. Set hunc sci
mus unde sit. xps aut cum uenit. nemo
scit unde sit. Clamabat ergo docens in
templo ihs. et dicens. Et me scitis. et un
de sim scitis. et a me ipso non ueni. set
est uerus qui misit me. quem uos nesci
tis. Ego scio eum. et si dixero quia nescio
eum. ero similis uobis mendax. Set scio eu.
quia ab ipso sum. et ipse me misit. Que
rebant ergo eum apphendere. et nemo
misit manus in illum. quia non dum
uenat hora eius. De turba aut multi
crediderunt in eum. FR. IIII. Sec. Iohem.
In illt. preteriens ihs. uidit hoiem cecum
a natiuitate. Et interrogauerunt eum disci
puli sui. Rabbi. quis peccauit hic aut
parentes eius. ut cecus nasceretur. Respo
dit ihs. Neq; hic peccauit. neq; parentes
eius. set ut manifestentur opera dei in il
lo. Me oportet operari opa eius qui misit
me. donec dies est. Venit nox. quando
nemo potest operari. Quandiu in mun-

do ſum. lux ſum mundi. Hec cum dixiſ
ſet: expuit in terram. fecit lutum ex pu
to. et liniuit lutum ſuper oculos eius et
dixit ei. Vade. et laua in natatoria ſyloe.
quod interpretatur miſſus. Habiit ergo. et la
uit. et uenit uidens. Itaque uicini. et
qui uidebant eum prius quia mendicus erat.
dicebant. Nonne hic eſt qui ſedebat et
mendicabat? Alii dicebant quia hic eſt. alii
autem nequaquam. ſed ſimilis eſt eius. Il
le uero dicebat quia ego ſum. Dicebant
ergo ei. Quomodo aperti ſunt tibi oculi?
Reſpondit. Ille homo qui dicitur ihs. lutum
fecit. et unxit oculos meos. et dixit mi
chi. Vade ad natatoriam ſyloe. et laua.
Et abii. et laui. et uidi. Et dixerunt ei. Ubi
eſt ille? Ait. Neſcio. Adducunt eum ad
phariſeos. qui cecus fuerat. Erat autem
ſabbatum quando lutum fecit ihs. et a
peruit oculos eius. Iterum ergo interroga
bant eum phariſei. quomodo uidiſſet.
Ille autem dixit eis. Lutum poſuit michi

sup oculos. et laui. et uideo. Dicebant
ergo ex phariseis quidam. Non est hic
homo a deo. qui sabbatum non custodit.
Alii autem dicebant. Quomodo potest ho
mo peccator hec signa facere. Et scisma e
rat inter eos. Dicunt ergo ceco iterum.
Tu quid dicis de eo qui aperuit tibi oculos
tuos. Ille autem dixit. propheta est. Non cre
diderunt ergo iudei de illo quia cecus fuis
set. et uidisset. donec uocauerunt parentes
eius qui uiderat. et interrogauerunt eos dicen
tes. Hic est filius uester quem uos dicitis quia
cecus natus est. Quomodo ergo nunc ui
det. Responderunt eis parentes eius. et di
xerunt. Scimus quia hic est filius noster. et quia
cecus natus est. quomodo autem nunc uide
at. nescimus. aut quis eius aperuit ocu
los. nos nescimus. Ipsum interrogate. eta
tem habet. ipse de se loquatur. Hec dixerunt
parentes eius. quia timebant iudeos. Iam
enim conspirauerant iudei. ut siquis eum
confiteretur xpm. extra synagogam fieret.

Propterea parentes eius dixerunt. quia etatem
habet: ipsum interrogate. Vocauerunt ergo
rursum hominem qui fuerat cecus. et dixerunt
ei. Da gloriam deo. Nos scimus quia hic ho
mo peccator est. Dixit ergo ille. Si pecca
tor est nescio. Vnum scio. quia cecus cum
essem: modo uideo. Dixerunt ergo illi. Quid
fecit tibi. Quomodo aperuit tibi oculos?
Respondit eis. Dixi uobis iam et audistis.
Quid iterum uultis audire? Numquid et
uos uultis discipuli eius fieri? Maledixe
runt ei. et dixerunt. Tu discipulus illius sis.
Nos autem discipuli moysi sumus. Nos sci
mus quia moysi locutus est deus. Hunc
autem nescimus unde sit. Respondit ille
homo. et dixit eis. In hoc enim mirabile
est: quia uos nescitis unde sit: et aperuit
meos oculos. Scimus autem quia peccato
res deus non audit. Sed siquis dei cultor
est: et uoluntatem eius facit: hunc exa
udit. A seculo non est auditum: quia a
peruit quis oculos ceci nati. Nisi esset hic a

deo: non poterat face quicquam. Respon
derunt et dixerunt ei. In peccatis natus es tot.
et tu doces nos: Et eiecerunt eum foras. Au
divit ihs quia eiecerunt eum foras: et cum in
venisset eum: dixit ei. Tu credis in filium
dei: Respondit ille: et dixit: Quis est domine
ut credam in eum: Et dixit ei ihs. Et vi
disti eum: et qui loquitur tecum ipse est.
At ille ait. Credo domine. Et procidens adora
vit eum. Fr. v. secundum lucam.
In illo tempore. Ibat ihs in civitatem que vocatur
naym: et ibant cum illo discipuli eius:
et turba copiosa. Cum autem appropinqua
ret porte civitatis. ecce defunctus effe
rebatur filius unicus matris sue. Et hec
vidua erat: et turba civitatis multa cum
illa. Quam cum vidisset ihs: misericordia
motus super eam: dixit illi. Noli flere. Et
accessit: et tetigit loculum. Hii autem qui
portabant: steterunt. Et ait. Adolescens.
tibi dico: surge. Et resedit qui erat mor
tuus: et cepit loqui: et dedit illum matri

sue. Accepit aut omis timor: et magnifi-
cabant dnm dicentes. Quia ppha magnus
surrexit in nob: et quia ds uisitauit ple-
bem suam. fr. vi. sectm iohem.
In illt. Erat quidam languens lazarus
a bethania de castello marie et marthe
sororis eius. Maria aut erat que unxit
dnm unguento. et extersit pedes eius
capillis suis: cuius frater lazarus infir-
mabat. Miserut ergo sorores eius ad eum.
dicentes. Dne: ecce quem amas infirma-
tur. Audiens aut ihs: dixit eis. Infirmi-
tas hec non est ad mortem: set p glia dei.
ut glorificet filius dei p ipsum. Dilige-
bat aut ihs martham: et sororem eius
mariam: et lazar. Ut ergo audiuit qa
infirmat: tunc quidem mansit in eode
loco duob; dieb;. Deinde post hec. dicit
discipulis suis. Eamus in iudeam iteru.
Dicunt ei discipuli. Rabbi: nunc quere-
bant te iudei lapidare: et iterum uadis
illuc? Respondit ihs. Nonne duodecim

hore sunt diei. Si quis ambulauit in
die non offendit: quia lucem huius mun
di uidet. Si aut ambulauit in nocte offen
dit: quia lux non est in eo. Hec ait. et post
hec dicit eis. Lazarus amicus noster dormit.
set uado ut a sompno exsuscitem eum.
Dixerunt ergo discipuli eius. Domine. si dormit.
saluus erit. Dixerat aut ihs de morte eius.
illi aut putauerunt quia de dormitione sop
ni diceret. Tunc ergo dicit eis ihs manife
ste. Lazarus mortuus est. et gaudeo propter
uos: ut credatis: quoniam non eram ibi. Sed
eamus ad eum. Dixit ergo thomas qui
dicitur didimus: ad condiscipulos. Eamus
et nos: et moriamur cum eo. Venit itaque ihs.
et inuenit eum quatuor dies iam in mo
numento habentem. Erat aut bethania iux
ta ierosolimam quasi stadiis quindecim.
Multi aut ex iudeis uenerant ad martham
et mariam: ut consolarentur eas de fratre
suo. Martha ergo ut audiuit quia ihs
uenit: occurrit illi. Maria aut domi se

debat. Dixit ergo martha ad ihm. Dñe.
si fuisses hic. frat̃ meus non fuisset mor
tuus. Set et nunc scio: quia quecumq; po
posceris a deo. dabit tibi ds̃. Dicit illi ihs.
Resurget frat̃ tuus. Dicit ei martha. Scio
quia resurget in resurrectione. in nouissi
mo die. Dicit ei ihs. Ego sum resurrectio
et uita: qui credit in me. etiam si mor
tuus fuit̃ uiuet. et omĩs qui uiuit et
credit in me. non morieť in eternum. Cre
dis hoc? Ait illi. Vtiq; dñe. Ego credidi.
quia tu es xp̃s filius dei qui in hunc mũ
dum uenisti. Et cum hec dixisset: abiit.
et uocauit mariam sororem suam silen
tio: dicens. Magister adest: et uocat te.
Illa aut̃ ut audiuit surrexit cito: et uenit
ad eum. Nondum enim uenat̃ ihs in castel
lum: set erat adhuc in loco illo: ubi occur
rerat ei martha. Iudei igit̃ qui erant cum
ea in domo. et consolabant̃ eam: cum uidis
sent mariam quia cito surrexit. et exiit.
secuti sunt eam: dicentes: quia uadit ad

monum̃tum ut ploret ibi. Maria ergo cũ
uenisset ubi erat ihs. uidens eum cecidit
ad pedes eius. et dixit ei. Dñe. si fuisses
hic. non eẽt mortuus frat̃ meus. Jhs er
go ut uidit eam plorantem. et iudeos q
uenerãt cum ea plorantes. infremuit spũ.
et t̃bauit seipsum. et dixit. Ubi posuistis
eum. Dicunt ei. dñe. ueni. et uide. Et
lacrimatus est ihs. Dixerũt ergo iudei. Ec
ce quomodo amabat eum. Quidam aut̃
dixerũt ex ipsis. Non poterat hic qui ape
ruit oculos ceci nati facẽ ut et hic non
moreret̃. Jhs ergo rursum fremens in
semetipso. uenit ad monum̃tum. Erat
aut̃ spelunca. et lapis suppositus erat ei.
Ait ihs. Tollite lapidem. Dicit ei mar
tha soror eius qui mortuus fuerat. Dñe.
iam fetet. quadriduanus enim est. Dicit
ei ihs. Nonne dixi tibi. qm̃ si credideris
uidebis gl̃iam dei. Tulerũt ergo lapi
dem. Jhs aut̃ eleuatis sursum oculis.
dixit. Pater. gr̃as ago tibi. qm̃ audisti

me. Ego autē sciebam quia semꝑ me au
dis. Set ꝓpter ꝑplm qui circumstat: dixi.
ut credant quia tu me misisti. Hec cum
dixisset: uoce magna clamauit. Lazare.
ueni foras. Et statim ꝓdiit qui fuerat
mortuus: ligatus pedes et manus in
stitis: et facies illius sudario erat liga
ta. Dicit eis ihs. Soluite eum: et sini
te abire. Multi ergo ex iudeis qui ue
nerant ad mariam: et uidant que fe
cit: crediderūt in eum. Sabbo. secūm io
In illt̄. Dicebat ihs turbis iudeoꝝ. hannē.
Ego sum lux mundi. Qui sequit̄ me. nō
ambulat in tenebris: set habebit lumen
uite. Dixerūt ergo ei pharisei. Tu de teipso
testimonium ꝑhibes: testimonium tuū
non est uerum. Respondit ihs: et dixit
eis. Et si ego testimonium ꝑhibeo de me
ipso: uerum est testimonium meum. qa
scio unde ueni: et quo uado. Vos autē
nescitis unde uenio: aut quo uado.
Vos secdm carnem iudicatis: ego non iu

dico quemquam. Et si iudico ego. iudi
cium meum uerum est. quia solus non
sum. set ego et qui misit me pater. Et
in lege uestra scriptum est. quia duorum ho
minum testimonium uerum est. Ego sum
qui testimonium perhibeo de meipso. et
testimonium perhibet de me qui misit
me pater. Dicebant ergo ei. Ubi est pater
tuus? Respondit ihs. Neque me scitis.
neque patrem meum. Si me sciretis. for
sitan et patrem meum sciretis. Hec uerba
loquutus est ihs in gazophilacio. docens
in templo. Et nemo apprehendit eum.
quia non dum uenerat hora eius. Dominica
In illo tempore. Dice de passione. secundum iohannem.
bat ihs turbis iudeorum et principibus sa
cerdotum. Quis ex uobis arguet me de
peccato? Si ueritatem dico. quare uos non
creditis michi? Qui est ex deo. uerba dei
audit. Propterea uos non auditis. quia
ex deo non estis. Responderunt igitur iudei.
et dixerunt ei. Nonne bene dicimus nos quia

ſamaritanus es tu. et demonium habes?
Respondit ihs. Ego demonium non ha
beo. ſet honorifico patrem meum. et uos
inhonorastis me. Ego autem non quero glo
riam meam. est qui querat et iudicet.
Amen amen dico uobis. ſi quis ſermonem meum
ſeruauerit. mortem non uidebit in eternum.
Dixerunt ergo iudei. Nunc cognouimus quia
demonium habes. Abraam mortuus est
et prophete. et tu dicis. ſi quis ſermonem meum
ſeruauerit. mortem non guſtabit in eternum.
Numquid tu maior es patre nostro abraam
qui mortuus est. et prophete mortui ſunt.
Quem teipſum facis? Respondit ihs. Si
ego glorifico meipſum. gloria mea nichil est.
Est pater meus qui glorificat me. quem
uos dicitis quia deus uester est. et non cogno
uistis eum. Ego autem noui eum. Et ſi dixe
ro quia neſcio eum. ero ſimilis uobis mendax.
Set ſcio eum. et ſermonem eius ſeruo. A
braam pater uester exultauit ut uideret diem
meum. et uidit et gauiſus est. Dixerunt

ergo iudei ad eum. Quinquaginta annos
non dum habes: et abraam uidisti. Di
xit eis ihs. Amen amen dico uob. antequam
abraam fieret ego sum. Tulerunt ergo lapi
des: ut iacerent in eum. Ihs aut abscondit
se. et exiuit de templo. Fr. ii. secundum
iohem. Miserunt principes et phari
sei ministros: ut apprehenderent ihm. Di
xit ergo ihs. Adhuc modicum tempus
uobiscum sum. et uado ad eum qui misit
me. Queretis me. et non inuenietis. et
ubi sum ego: uos non potestis uenire. Di
xerunt ergo iudei ad semetipsos. Quo hic
iturus est: quia non inueniemus eum.
Numquid in dispersionem gentium ituru
est. et docturus gentes. Quis est hic sermo
quem dixit. queretis me et non inueni
etis. et ubi sum ego uos non potestis ue
nire. In nouissimo aut die magno festi
uitatis. stabat ihs. et clamabat dicens.
Siquis sitit. ueniat et bibat ad me. Qui
credit in me sicut dicit scriptura. flu

mina de uentre eius fluent aque uiue. Hec
aut dixit de spu que accepturi erant cre
dentes in eum. *Fr. iii. sec. in iohem.*
In illo t. Ambulabat ihs in galileam. non
enim uolebat in iudeam ambulare. quia
querebant eum iudei interficere. Erat aut
in proximo dies festus iudeorum. scenofegia.
Dixerunt aut ad eum fres eius. Transi hinc.
et uade in iudeam. ut et discipuli tui ui
deant opa tua que facis. Nemo quippe in
occulto aliquid facit. et querit ipse in
palam ee. Si hec facis. manifesta teipsu
mundo. Neq; enim fres eius credebant
in eum. Dixit ergo eis ihs. Tempus me
um nondum aduenit. tempus aut urm
semp est paratum. Non potest mundus
odisse uos. me aut odit. quia ego testi
monium phibeo de illo. qa opa eius ma
la sunt. Vos ascendite ad diem festu hunc.
ego aut non ascendam ad diem festu istu.
quia meum tempus nondum impletu est.
Hec cum dixisset. ipse mansit in galilea.

Vt aut̄ aſcenderit̄ fr̄es eius: tunc et ipſe a-
ſcendit ad diem feſtum: non manifeſte:
ſet quaſi in occulto. Judei ergo querebant
eum in die feſto. et dicebant. Vbi eſt ille?
Et murmur multuȝ erat de eo in turba.
Quidam enim dicebant quia bonus eſt.
Alii aut̄ dicebant: non. ſet ſeducit t̄bas.
Nemo tamen palam loquebat̄ de illo.
ppt̄ metum iudeoꝝ. Fr̄. quarta. ſecundū
In ill̄t. Facta ſunt encenia in iero iohēm.
ſolimis: et tempus erat. Et ambulabat
ih̄s in templo: in porticu ſalomonis. Cir-
cumdederūt ergo eum iudei: et dicebant ei.
Quouſq; aīam n̄ram tollis? Si tu es xp̄s.
dic nobis palam. Reſpondit eis ih̄s. Lo-
quor uob. et non creditis. Opera que e-
go facio in noīe patris mei: hec teſtimo-
nium ꝑhibent de me. Set uos nō cre-
ditis. quia non eſtis ex ouib; meis. Oues
mee uocem meam audiunt. et ego cog-
noſco eas. et ſequunt̄ me. Et ego uitā
eternam do eis. et non ꝑibunt in eternum.

et non rapiet eas quisquam de manu mea.
Pat̃ meus qđ tradidit michi maius oīb;
est. et nemo potest rapere de manu pa
tris mei. Ego et pater unum sumus. Su
stulerũ lapides iudei: ut lapidarent eū.
Respondit eis ih̄s. Multa opa bona ostē
di uob ex patre meo: ꝓpt̄ qđ eoꝝ opus me
lapidatis? Responderũ ei iudei. De bono
ope non lapidamus te: set de blasphe
mia: quia tu homo cum sis facis te ipm̄
deū. Respondit eis ih̄s. Nonne scriptū
est in lege ur̃a quia ego dixi dii estis? Si
illos dixi deos ad quos sermo dei factus
est. et non potest solui scriptura: quem
pater sc̄ificauit et misit in mundū: uos
dicitis quia blasphemas: quia dixi filius
dei sum. Si non facio opa patris mei: no
lite cred̄e michi. Si aut̃ facio: et si michi
non uultis cred̄e: opib; credite. Ut cog
noscatis et credatis: quia in me est pat̃.
et ego in patre. Fr̃. v. sc̄dm lucam.
In illt̃. Rogabat ih̄m quidam phariseus:

ut manducaret cum illo. Et ingressus
domum pharisei: discubuit. Et ecce mu
lier que erat in ciuitate peccatrix. ut
lx cognouit quod accubuisset in domo phari
sei: attulit alabastrum unguenti. et stans
retro secus pedes eius: lacrimis cepit riga
re pedes eius: et capillis capitis sui ter
gebat. et osculabatur pedes eius: et unguen
to ungebat. Videns autem phariseus qui
uocauerat eum: ait intra se: dicens. Hic
si esset propheta: sciret utique que et qualis esset
mulier que tangit eum: quia peccatrix
est. Et respondens ihesus: dixit ad illum:
Symon: habeo tibi aliquid dicere. At ille.
ait. Magister. dic. Duo debitores erant
cuidam feneratori. unus debebat denari
os quingentos. et alius quinquaginta.
Non habentibus illis unde redderent. dona
uit utrisque. Quis ergo eum plus diligit?
Respondens symon dixit. Estimo. quia
is cui plus donauit. At ille: dixit ei.
Recte iudicasti. Et conuersus ad mulierem.

dixit symoni. Vides hanc mulierem? Intra-
ui in domū tuam. aquam pedib; meis nō
dedisti. Hec aūt lacrimis rigauit pedes
meos. et capillis suis tersit. Osculum
michi non dedisti. hec aūt ex quo intra-
uit non cessauit osculari pedes meos.
Oleo capud meum non unxisti. hec au-
tem unguento unxit pedes meos. Prop-
ter qđ dico tibi. remittunt͛ ei peccata mul-
ta. qm̄ dilexit multum. Cui aūt minus
dimittit͛. minus diligit. Dixit aūt ad
illam. Remittunt͛ tibi peccata tua. Et cepe-
runt qui simul discūbebant. dicē intra
se. Quis est hic. qui etiam peccata dimit-
tit? Dixit aūt ad mulierem. fides tua
te saluam fecit. uade in pace. fr̄. vi. fe
nillt. Collegerūt pontifi cm dn̄ iohem.
ces et pharisei concilium. et dicebant.
Quid facimus. quia hic homo multa si-
gna facit? Si dimittimus eum sic. om̄s
credent in eum. Et uenient romani et
tollent nr̄m et locum et gentem. Vnus

aut̄ ex ipsis cayphas nomine. cum eēt
pontifex anni illius. dixit eis. Vos ne
scitis quicquam nec cogitatis. quia expe
dit uob̄ ut unus moriat̄ homo p̄ p̄p̄lo.
et non tota gens p̄eat. Hoc aut̄ a semet-
ipso non dixit. set cum eēt pontifex an
ni illius ꝓphauit. quia ih̄s moriturus
erat p̄ gente. et non tantum p̄ gente. set
ut filios dei qui erant dispsi. congrega
rent in unum. Ab illo ergo die cogitaue-
runt ut interficerent eum. Ih̄s aut̄ iam nō
palam ambulabat apud iudeos. set a
biit in regionem iuxta desertum que dicit̄
effrem. Et ibi morabat̄ cum discipul' suis.
In ill t. Cogitauerūt Sabb̄o. sec̄d̄m ioh̄em.
principes sacerdotum ut et lazarum int̄
ficerent. quia multi ꝓpt̄ illum abibant ex
iudeis. et credebant in ih̄m. In crastinū
aut̄ turba multa que uenerāt ad diem fe
stum. cum audissēt quia uenit ih̄s ierō-
solimam. acceperūt ramos palmarum. et
p̄cesserūt obuiam ei. et clamabant. Osan-

na: benedictus qui uenit in nomine domini. rex
israel. Et inuenit ihesus asellum. et sedit su
per eum. sicut scriptum est. Noli timere
filia syon. ecce rex tuus uenit. sedens
super pullum asine. Hec non cognouerunt
discipuli eius primum. set quando glo
rificatus est ihesus. Tunc recordati sunt quia
hec erant scripta de eo. et hec fecerunt ei.
Testimonium ergo perhibebat turba que
erat cum eo quando lazarum uocauit de
monumento. et suscitauit eum a mortuis.
propterea et obuiam uenit ei turba: quia
audierunt eum fecisse hoc signum. Phari
sei ergo dixerunt ad semetipsos. Videtis quia
nichil proficimus. Ecce mundus totus
post eum abiit. Erant autem gentiles qui
dam ex hiis qui ascendant ut adorarent
in die festo. Hii ergo accesserunt ad philip
pum qui erat a bethsayda galilee. et ro
gabant eum: dicentes. Domine. uolumus
ihesum uidere. Venit philippus et dicit an
dree. Andreas rursum et philippus di

xerūt ihū. Ihs aūt respondit eis. dicens. Venit hora. ut clarificetᷣ filius hoīs. Amen amē dico uob. nisi granum frumēti cadens in terram mortuum fuīt. ipm solū manet. Si aūt mortuum fuīt. multū fructum affert. Qui amat aīam suam. pdet eam. Et qui odit aīam suam in hoc mundo. in uitam etnam custodit eam. Siquis michi ministrat. me sequatᷣ. Et ubi sum ego. illic et minister meus erit. Siquis michi ministrauīt. honorificabit eum pater meus. Nunc aūt aīa mea turbata est. Et quid dicam. pater. saluifica me ex hac hora. Set ꝓpterea ueni in horā hanc. pater. clarifica nom̄ tuum. Venit ergo uox de celo. Et clarificaui. et iterum clarificabo. Turba ergo que stabat et audierat. dicebat. tonitruum factum eē. Alii dicebant. Angelus ei locutꝰ est. Respondit ihs. et dixit. Non ꝓpter me hec uox uenit. set ꝓpter uos. Nunc iudicium est mundi. nunc princeps huiꝰ

mundi eicietur foras. Et ego si exaltatus
fuero a terra. omnia traham ad meipsum.
Hoc autem dicebat: significans qua morte
esset moriturus. Respondit ei turba. Nos
audiuimus ex lege: quia xps manet
in eternum. Et quomodo tu dicis: oportet
exaltari filium hominis? Quis est iste filius
hominis? Dixit ergo eis ihs. Adhuc modicum
lumen in uobis est. Ambulate dum lucem
habetis: ut non tenebre uos comprehen
dant. Et qui ambulat in tenebris: nescit
quo uadat. Dum lucem habetis: credite
in lucem: ut filii lucis sitis. Hec locutus
est ihs et abiit: et abscondit se ab eis.
nil st. Dnica in palmis. secundum matheum.
Cum appropinquasset ihs ierosolimis: et
uenisset bethphage ad montem oliueti.
tunc misit duos discipulos dicens eis.
Ite in castellum quod contra uos est: et sta
tim inuenietis asinam alligatam: et pul
lum cum ea. Soluite: et adducite michi.
Et si quis uobis aliquid dixerit: dicite: quia

dn̄s hiis opus habet. et confeſtim dimit
tet eos. Hoc aūt factum eſt. ut adimple
retur qđ dictum eſt p̄ ꝓpham dicentem. Dici
te filie ſyon. Ecce rex tuus uenit tibi mā
ſuetus. ſedens ſup̄ aſinam. et pullum fi
lium ſubiugalis. Euntes aūt diſcipuli.
fecerūt ſicut p̄cepit illis ihs. Et adduxerūt
aſinam et pullum. et impoſuerūt ſup̄ eos
ueſtimēta ſua. et eum deſup̄ ſedere fecerūt.
Plurima aūt turba ſtrauerūt ueſtimēta ſua
in uia. alii aūt cedebant ramos de arbori
bus. et ſternebant in uia. Turbe aūt que
p̄cedebant. et que ſequebant̄ clamabant.
dicentes. Oſanna filio dauid. Benedict'
qui uenit in nōie dn̄i. Paſſio dn̄i nr̄i ihu
In illt̄. Dixit ihs xp̄i ſecundum matheum.
diſcipulis ſuis. ✠ Scitis quia poſt biduū
paſcha fiet. et filius hōis tradet̄ ut cruci
figat̄. a. Tunc congregati ſunt principes
ſacerdotum et ſeniores populi. in atriū
principis ſacerdotum qui dicebāt̄ cayphā.
et conſilium fecerūt. ut ihm dolo tenerent.

et occident. Dicebant autem. s Non in die
festo. Ne forte tumultus fieret in populo.
a Cum autem esset ihs in bethania in domo sy
monis leprosi: accessit ad eum mulier ha
bens alabastrum unguenti ptiosi. et effu
dit super capud ipsius recumbentis. Viden
tes autem discipuli: indignati sunt dicentes.
s. Ut quid pditio hec: potuit enim istud
uenundari multo: et dari paupib;. a. Sci
ens autem ihs: ait illis. ✝ Quid molesti estis
huic mulieri: opus bonum operata est in
me. Nam semper pauperes habebitis uobiscum.
me autem non semper habebitis. Mittens e
nim hec unguentum hoc in corpus meum:
ad sepeliendum me fecit. Amen dico uobis.
ubicumque predicatum fuerit hoc euangelium
in toto mundo: dicetur: et quod hec fecit in
memoriam eius. a. Tunc abiit unus de
duodecim qui dicitur iudas scarioth ad prin
cipes sacerdotum: et ait illis. s. Quid uul
tis michi dare: et ego uobis eum tradam: a.
At illi constituerunt ei triginta argenteos.

Et exinde querebat oportunitatem ut
eum traderet. Prima autem die azimorum.
accesserunt discipuli ad ihesum dicentes. s. Vbi
uis paremus tibi comedere pascha? a. At ihesus
dixit. ✠ Ite in ciuitatem ad quendam.
et dicite ei. Magister dicit. Tempus me
um prope est. apud te facio pasca cum di
scipulis meis. a. Et fecerunt discipuli sicut
constituit illis ihesus. et parauerunt pascha.
Vespere autem facto. discumbebat cum duo
decim discipulis suis. Et edentibus illis.
dixit. ✠ Amen dico uobis. quia unus uestrum
me traditurus est. a. Et contristati ual
de. ceperunt singuli dicere. s. Numquid
ego sum domine? a. At ipse respondens ait.
✠ Qui intingit mecum manum in para
pside. hic me tradet. Filius quidem ho
minis uadit. sicut scriptum est de illo.
Ve autem homini illi. per quem filius hominis
tradetur. Bonum erat ei. si natus non fu
isset homo ille. a. Respondens autem iu
das qui tradidit eum. dixit. s. Numquid

ego sum rabbi? a. Ait illi. ✠ Tu dixisti.
a. Cenantib; aut̄ eis: accepit ihs panē.
et benedixit. ac fregit: et dedit discipu
lis suis: et ait. ✠ Accipite. et comedite.
hoc est corpus meum. a Et accipiens ihs
calicem: grās egit. et dedit illis dicens.
✠ Bibite ex hoc oms̄. Hic est enim san
guis meus noui testam̄ti: qui p multis
effundet̄ in remissionem peccatoꝝ. Di
co aut̄ uob. non bibam amodo de hoc
genimine uitis usq; in diem illum. cū
illud bibam uobiscum nouum in regno
patris mei. a Et ympno dicto. exierūt
in montem oliueti. Tunc dicit illis ihs.
✠ Oms̄ uos scandalum patiemini in me
in ista nocte. Scriptum est enim. Percu
tiam pastorem: et dispgent̄ oues gre
gis. Postquam aut̄ resurrexero: p̄cedam
uos in galileam. a. Respondens aut̄ pe
trus. ait illi. s. Et si oms̄ scandalizati
fuerint in te. ego numquam scandaliza
bor. a. Ait illi ihs. ✠ Amen dico tibi: quia

in hac nocte ante quam gallus cantet.
ter me negabis. a. Ait illi petrus. s. Etiã.
si oportuerit me mori tecum: non te negã
bo. a. Similiter et om̃s discipuli dixert.
Tunc: uenit ihs cum illis in uillam que
dicit̃ gethsemani: et dixit discipulis suis.
✠ Sedete hic. donec uadam illuc et orem.
a. Et assumpto petro. et duob; filiis ze
bedei: cepit contristari. et mestus ẽẽ.
Tunc ait illis ✠ Tristis est anima mea
usq; ad mortem. Sustinete hic: et uigi
late mecum. a. Et pgressus pusillum:
pcidit in faciem suam: orans. et dicens.
✠ Mi pater. si possibile est: transeat a
me calix iste. Verumtamen non sicut ego
uolo: set sicut tu. a. Et uenit ad discipu
los: et inuenit eos dormientes: et dicit
petro. ✠ Sic: Non potuistis una hora ui
gilare mecum: Vigilate. et orate: ut
non intretis in temptationem. Sps qui
dem pmptus est. caro aũt infirma. a.
Iterum secdo abiit. et orauit dicens. ✠

pater mi: si non potest hic calix transire
nisi bibam illum. fiat uoluntas tua. a.
Et uenit iterum: et inuenit eos dormi
entes. Erant enim oculi eorum grauati.
Et relictis illis: iterum abiit. et orauit
tertio eundem sermonem dicens. Tunc
uenit ad discipulos suos: et dicit illis.
✠ Dormite iam: et requiescite. ecce ap
propinquabit hora: et filius hominis tra
detur in manus peccatorum. Surgite eamus.
Ecce appropinquabit qui me tradet. a.
Adhuc eo loquente. ecce iudas unus de
duodecim uenit. et cum eo turba multa.
cum gladiis et fustibus missi a principibus
sacerdotum: et senioribus populi. Qui autem
tradidit eum: dedit illis signum dicens.
s. Quemcumque osculatus fuero: ipse est.
tenete eum. a. Et confestim accedens ad
ihesum: dixit. s. Aue rabbi. a. Et osculatus
est eum. Dixitque illi ihesus. ✠ Amice: ad quod
uenisti: a. Tunc accesserunt et manus inie
cerunt in ihesum: et tenuerunt eum. Et ecce

unus ex hiis qui erant cum ihu. exten
dens manum exemit gladium suum.
et percutiens seruum principis sacerdotū.
amputauit auriculam eius. Tunc ait
illi ihs. ✠ Conuerte gladium tuum in lo
cum suum. Oms enim qui acceperint gla
dium. gladio pibunt. An putas quia
non possum rogare patrem meum. et
exhibebit michi modo plusquam duode
cim legiones angelorum. Quomodo ergo
implebuntur scripture. quia sic oportet
fieri. a. In illa hora dixit ihs turbis. ✠
Tamquam ad latronem existis cum gla
diis et fustibus comphendere me. Cotidie
apud uos sedebam docens in templo. et nō
me tenuistis. a. Hoc aut totum fac
tum est. ut implerentur scripture pphaꝝ.
Tunc discipuli oms relicto eo fugerunt.
At illi tenentes ihm. duxerunt eum ad cay
phan principem sacerdotum. ubi scribe
et seniores conuenerant. Petrus aut seq
batur eum a longe usque in atrium princi

pis sacerdotum: Et ingressus intro. sede
bat cum ministris: ut uideret finem. Prin
ceps autem sacerdotum et omne consilium:
querebant falsum testimonium contra
ihm: ut eum morti traderent. Et non in
uenerunt. cum multi falsi testes accessissent.
Nouissime autem uenerunt duo falsi testes:
et dixerunt. s. Hic dixit. possum destruere
templum dei. et post triduum reedifica
re illud. a. Et surgens princeps sacerdo
tum: ait illi. s. Nichil respondes ad ea
que isti aduersum te testificantur. a. Ihs autem
tacebat. Et princeps sacerdotum ait illi.
s. Adiuro te per deum uiuum. ut dicas nobis
si tu es xps filius dei. a. Dicit illi ihs. ✠
Tu dixisti. Verumtamen dico uobis. amodo
uidebitis filium hominis sedentem a dextris
uirtutis: et uenientem in nubibus celi.
a. Tunc princeps sacerdotum scidit ue
stimenta sua dicens. s. Blasphemauit. quid
adhuc egemus testibus? Ecce nunc audi
stis blasphemiam. Quid uobis uidetur. a.

a At illi respondentes dixerūt. s. Reus eſt
mortis. a. Tunc expuerūt in faciem eius: et
colaphis eum ceciderūt. alii autē palmas in
faciem eius dederūt: dicentes. s. Propheti
za nob xpe: quis eſt qui te percuſſit: a. Pe
trus uero ſedebat foras in atrio: et acceſ
ſit ad eum una ancillā dicens. s. Et tu cū
ihu galileo eras. a At ille negauit coram
omnib; dicens. s. Neſcio quid dicis. a Exe
unte autē illo ianuam: uidit eum alia an
cilla: et ait hiis qui erant ibi. s Et hic erat
cum ihu nazareno. a Et iterum negauit cū
iuramto: quia non noui hoīem. Et poſt
puſillum: acceſſerūt qui aſtabant: et dixerūt
petro. s. Vere tu ex illis es: nam et loquela
tua manifeſtum te facit. a Tunc cepit de
teſtari et iurare: quia non nouiſſet hoīem.
Et continuo gallus cantauit. Et recorda
tus eſt petrus uerbi ihu qd dixerat. priuſquā
gallus cantet: ter me negabis: et egreſſus
foras: fleuit amare. Mane autē facto: cōſi
lium inierūt oms principes ſacerdotū et

ſeniores populi aduſus ihm. ut eum mor
ti traderent. Et uinctum adduxerunt eum: et
tradiderunt pontio pilato pſidi. Tunc uidens
iudas qui eum tradidit qd dampnatus eet.
penitentia ductus: retulit triginta argē
teos principib; ſacerdotum et ſeniorībus
dicens. s. Peccaui: tradens ſanguinem
iuſtum. a. At illi dixerunt. s. Quid ad nos:
tu uideris. a. Et piectis argenteis in tem
plo recessit: et abiens laqueo ſe ſuſpen
dit. Principes aut ſacerdotum acceptis ar
genteis: dixerunt. s. Non licet mittere eos
in corbonan: quia ptium ſanguinis est.
a. Conſilio aut inito: emerunt ex eis agrum
figuli: in ſepulturam pegrinorum. Propter
hoc uocatus est ager ille lingua eorum alche
demach. hoc est ager ſanguinis: usq; in ho
diernum diem. Tunc impletum est qd dic
tum est p ieremiam pphām dicentem. Et
acceperunt triginta argenteos ptium appti
ti: quem apptiauerunt a filiis isrl: et dederunt
eos in agrum figuli: ſicut conſtituit michi

dnis. Jhs aut̄ stetit ante p̄sidem. Et int
rogauit eum preses: dicens. s Tu es rex
iudeoꝝ? a. Dicit illi ihs. ✠ Tu dicis. a Et
cum accusaret̄ a principib; sacerdotum.
et senioribꝫ: nichil r̄ndit. Tunc dicit
illi pilatus. s Non audis quanta aduersum
te dicunt testimonia? a Et non respondit
ei ad ullum ūbum: ita ut miraret̄ preses
uehementer. Per diem aut̄ sollempnem cō
sueuerat preses dimitte populo unum ui
nctum quem uoluissent. Habebant aut̄
tunc unum uinctum insigne qui dicebat̄
barabas: qui ꝓpter seditionem missus fu
erat in carcerem. Congregatis illis aut̄: di
xit pilatus. s Quem uultis dimittā uob:
baraban an ihm qui dicit̄ xps? a Sciebat
enim qđ p inuidiam tradidissent eum.
Sedente aut̄ eo p tribunali: misit ad illū
uxor eius. dicens. s Nichil tibi et iusto illi.
Multa enim passa sum hodie p uisum ꝓpt̄
eum. a Principes aut̄ sacerdotum et seni
ores. p̄suaserūt ꝑplis: ut peterent baraban.

ihm uero pderent. Respondens aut preses.
ait illis. s. Quem uultis uob de duob ch
mitti? a. At illi dixert. s. Baraban. a Dicit
illis pilatus. s. Quid igit faciam de ihu q
dicit xps? a. Dicunt oms. s. Crucifigat.
a. Ait illi preses. s Quid enim mali fecit?
a. At illi magis clamabant dicentes. s. Cru
cifigat. a Videns aut pilatus quia nichil
pficet. sed magis tumultus fieret. accep
ta aqua lauit manus coram pplo dicens.
s. Innocens ego sum a sanguine iusti hui.
uos uideritis. a. Et respondens uniusus
ppls. dixit. s. Sanguis eius sup nos. et sr
filios nros. a. Tunc dimisit illis baraban.
ihm aut flagellatum tradidit eis ut cru
cifigeret. Tunc milites psidis suscipien
tes ihm in ptorio. congregauert ad eu u
niusam cohortem. Et exuentes eum ue
stimta sua. clamidem coccineam circum
dedert ei. et plectentes coronam de spini
posuert sup capud eius. et arundinem
in dextera eius. et genuflexo ante eum

illudebant dicentes. S Aue rex iudeor.
A. Et expuentes in eum: acceper arundi
nem et percutiebant capud eius. Et post
quam illuser ei: exuer eum clamide.
et induer eum uestimtis eius. et duxe
runt eum ut crucifigent. Exeuntes aut.
inuener hoiem cyreneum uenientem
obuiam sibi noie symonem. hunc anga
riauer ut tolleret crucem eius. Et ue
ner in locum qui dicit golgotha: qd est
caluarie locus. Et deder ei uinum bibe.
cum felle mixtum. Et cum gustasset no
luit bibere. Postquam aut crucifixer
eum: diuiser uestimta eius sortem mit
tentes. Ut adimpleret qd dictum est per
pphiam dicentem. Diuiser sibi uestimta
mea: et sup uestem meam miser sorte.
Et sedentes seruabant eum. Et impo
suer sup capud eius: causam ipsius scri
ptam. Hic est ihs rex iudeor. Tunc cruci
fixi sunt cum eo duo latrones: unus a dex
tris: et unus a sinistris. Pretereuntes aut

blasphemabant eum. mouentes capita
sua: et dicentes. s. Vah qui destruis te-
plum dei. et in triduo reedificas. Salua
temetipsum. si filius dei es. descende de
cruce. a. Similiter et principes sacerdotum
illudentes cum scribis et senioribus dice-
bant. s. Alios saluos fecit. seipsum non
potest saluum facere. Si rex israel est. descen-
dat nunc de cruce. et credimus ei. Con
fidit in deo. liberet nunc eum si uult.
Dixit enim: quia filius dei sum. a. Idipsum
autem et latrones qui crucifixi erant cum
eo. improperabant ei. A sexta autem hora te-
nebre facte sunt super uniuersam terram usque
ad horam nonam. et circa horam nonam
clamauit ihs uoce magna dicens. + Hely.
hely. lema sabacthani. a. Hoc est. + Deus
meus. deus meus. ut quid dereliquisti me.
a. Quidam autem illic stantes. et audientes
dicebant. s. Helyam uocat iste. a. Et con-
tinuo currens unus ex eis. acceptam spon-
giam impleuit aceto. et imposuit arun-

dini. et dabat ei bibere. Ceteri uero dicebãt.
uideam s Sine. an ueniat helyas liberans eum.
a. Jhs aũt iterum clamans uoce magna
emisit spm̃. Et ecce uelum templi scissũ
est in duas partes. a summo usq; deorsũ.
Et t̃ra mota est. et petre scisse sunt. et
monumẽta apta sunt. et multa corpora
scõꝝ qui dormierant surrexerũt. Et exeũ
tes de monumẽtis post resurrectionem eius.
uenerũt in scãm ciuitatem. et apparuerũt
multis. Centurio aũt et qui cum eo erãt.
custodientes ihm. uiso t̃remotu. et hiis
que fiebant. timuerũt ualde dicentes. s
Vere dei filius erãt iste. a Erant aũt ibi
mulieres multe delonge. que secute erãt
ihm a galilea ministrantes ei. Int̃ quas
erat maria magdalene. et maria iacobi.
et ioseph mater. et mater filioꝝ zebe
dei. Cum sero aũt factum eẽt. uenit qdã
homo diues abarimathia noĩe ioseph.
qui et ipse discipulus erat ihu. Hic acces
sit ad pilatum. et petiit corpus ihu.

Tunc pilatus iussit reddi corpus. Et ac
cepto corpore ioseph inuoluit illud in
syndone munda. et posuit illud in mo
numto suo nouo qd exciderat in petra.
Et aduoluens saxum magnum ad hosti
um monumti. et abiit. Erat autem ibi
maria magdalene. et altera maria. se
dentes contra sepulchrum. Eug.
Altera aut die que est post parasceuen.
conuenert principes sacerdotum 7 pha
risei ad pilatum dicentes. Dne. recordati
sumus quia seductor ille dixit adhuc ui
uens. post tres dies resurgam. Jube ergo
custodiri sepulchrum usq; in diem tciu.
neforte ueniant discipuli eius nocte et
furent eum. et dicant plebi surrexit a
mortuis. Et erit nouissimus error. peior
priore. Ait illis pilatus. Habetis custodia.
Ite custodite sicut scitis. Illi aut abeunte.
munierut sepulchrum. signantes lapide
cum custodib;. Fr. ii. secdm iohem.
Inillt. Ante sex dies pasche. uenit ihs

in bethaniam ubi fuerat lazarus mor
tuus quem suscitauit. fecerũt aũt cenam
ibi: et martha ministrabat. Lazarus uero
unus erat ex discumbentibꝫ cum eo. Ma
ria ergo accepit libram unguenti nardi
pistici ꝓtiosi: et unxit pedes ihu: et ex
tersit capillis suis pedes eius: et domus
impleta est ex odore unguenti. Dixit er
go unus ex discipulis eius iudas scariothis
qui erat eum traditurus. Quare hoc un
guentum non uendit̃ trecentis denariis
et datum est egenis: Dixit aũt hoc non
quia de egenis ꝑtinebat ad eum. set quia
fur erat et loculos habebat. et que mitte
bant̃ portabat. Dixit ergo ihs. Sine illã:
ut in die sepulture meę seruet illud. Pau
peres enim semꝑ habebitis uobiscum: me
aũt non semꝑ habebitis. Cognouit ergo
turba multa ex iudeis quia illic est: et ue
nerũt non ꝓpter ihm tantum: set ut lazarum
uiderent: quem suscitauit a mortuis. Fr
tia. Passio dñi nr̃i ihu xp̃i secdm marcũ.

In illt. Erat pascha et azima post biduum.
Et querebant summi sacerdotes et scribe.
quomodo ihm dolo tenerent et occiderent. Di
cebant enim. s Non in die festo. a Ne forte
tumultus fieret in populo. Et cum esset
ihs bethanie in domo symonis leprosi. et re
cumberet. uenit mulier habens alabastrum
unguenti nardi spicati pretiosi. et fracto a
labastro effudit super capud eius. Erant au
tem quidam indigne ferentes intra semet
ipsos et dicentes. s Ut quid perditio ista un
guenti facta est. poterat enim unguentum
istud uenundari plusquam trecentis dena
riis. et dari pauperibus. a. Et fremebant in eam.
Ihs autem dixit. ✠ Sinite eam. Quid illi mo
lesti estis. bonum opus operata est in me.
Semper enim pauperes habebitis uobiscum. et
cum uolueritis potestis illis benefacere. me
autem non semper habebitis. Quod habuit hec
fecit. preuenit ungere corpus meum in se
pultura. Amen dico uobis. ubicumque predicatum
fuerit euangelium istud in uniuerso mundo.

et quod hec fecit narrabitur in memoriam eius. a.
Et iudas scariothis unus de duodecim.
abiit ad summos sacerdotes ut proderet
eum illis. Qui audientes gauisi sunt. et
promiserunt ei pecuniam se daturos. Et que
rebat quomodo illum oportune traderet.
Et prima die azimorum. quando pascha im
molabant. dicunt ei discipuli. s Quo uis
eamus et paremus tibi ut manduces pa
scha. a Et mittit duos ex discipulis suis.
et dixit eis. + Ite in ciuitatem. et occurret
uobis homo lagunam aque baiulans.
sequimini eum. et quocumque introierit
dicite domino domus. quia magister dicit.
Ubi est refectio mea ubi pascha cum disci
pulis meis manducem. Et ipse uobis
demonstrabit cenaculum grande stratum.
et illic parate nobis. a Et abierunt discipuli
eius. et uenerunt in ciuitatem. et inuenerunt
sicut dixerat illis. et parauerunt pascha. Ves
pere autem facto. uenit cum duodecim. et
discumbentibus illis et manducantibus. ait

ihs. ✠ Amē dico uob. qm̄ unus ex uob me
tradet qui manducat mecum. a At illi ce
per̄ contristari et dicē ei singillatim. s.
Numquid ego. a Qui ait illis ✠ Unus ex du
odecim. q intingit mecum in catino. Et
filius quidem hōis uadit. sicut scriptum
est de eo. Ve aūt homini illi. p quem filius
hōis tradet̄. Bonum erat ei. si non fuisset
natus homo ille. a Et manducantibus
illis. accepit ihs panem. et benedicens.
fregit. et dedit eis. et ait. ✠ Sumite. hoc
est corpus meum. a Et accepto calice. grās
agens. dedit eis. et biber̄ ex illo oms̄.
Et ait illis ✠ Hic est sanguis meus noui
testam̄ti. qui p multis effundet̄. Amē dico
uob. qd iam non bibam de genimine uitis
usq; in diem illum. cum illud bibam nouū
in regno dei. a Et ymnpno dicto. exier̄ in
montem oliueti. Et ait eis ihs. ✠ Oms̄ uos
scandalizabimini in me in ista nocte. qa
scriptum est. Percutiam pastorem. et dis
pgent̄ oues. Sed postquam resurrexero.

p̄cedam uos in galileam . a. Petrus autē
ait illi . s. Et ſi om̄s ſcandalizati fuīnt .
ſet non ego . a. Et ait illi ih̄s . ✠ Amē dico
tibi . quia tu hodie in nocte hac . priuſ
quam bis gallus uocem dederit . ter me
es negaturus . a. At ille amplius loque
batur . s. Et ſi oportuerit me ſimul com
mori tibi . non te negabo . a. Similiter
autē et om̄s dicebant . Et ueniunt in p̄
dium cui nomen gethſemani . et ait diſci
pulis ſuis . ✠ Sedete hic . donec orem . a.
Et aſſumpſit petrum et iacobum et ioh̄ē
ſecum . et cepit pauere et tedere . et ait
ill' . ✠ Triſtis eſt anima mea uſq; ad mor
tem . Suſtinete hic . et uigilate . a. Et cū
p̄ceſſiſſet paululum . p̄cidit ſup t̄ram .
et orabat . ut ſi fieri poſſet . tranſiret ab
eo hora . Et dixit . ✠ Abba pater . om̄ia ti
bi poſſibilia ſunt . transfer calicem hūc
a me . Set non qd̄ ego uolo . ſet qd̄ tu . a.
Et uenit . et inuenit eos dormientes .
et ait petro . ✠ Symon dormis . non po

tuisti una hora uigilare? Vigilate et ora
te. ut non intretis in temptationem. Sps
quidem promptus est. caro uero infirma.
a. Et iterum abiens et orauit eundem ser
monem dicens. Et reuersus denuo inue
nit eos dormientes. erant enim oculi
eorum grauati. et ignorabant quid respo
derent ei. Et uenit tertio. et ait illis.
✠ Dormite iam. et requiescite. Sufficit.
uenit hora. et ecce tradetur filius hominis in
manus peccatorum. Surgite eamus. ecce
qui me tradet prope est. a. Et adhuc eo
loquente. uenit iudas scarioth unus de
duodecim. et cum illo turba multa cum
gladiis et lignis missi a summis sacer
dotibus. et a scribis. et a senioribus. Dederat
autem traditor eis signum dicens. s. Quem
cumque osculatus fuero. ipse est tenete eum.
et ducite caute. a. Et cum uenisset. sta
tim accedens ad eum. et ait. s. Rabbi.
a. Et osculatus est eum. At illi manus
iniecerunt in ihesum. et tenuerunt eum. Vnus

aut de circumstantib; educens gladiū.
pcussit seruum summi sacerdotis. et
amputauit illi auriculam. Et respon
dens ihs ait illis. ✠ Tamquam ad latro
nem existis cum gladiis et lignis com
phendere me. Cotidie apud uos eram
in templo docens et non me tenuistis.
set ut adimpleant scripture. a Tunc di
scipuli eius relinquentes eum omis fu
gert. Adolescens aut quidam sequebat
eum amictus sindone sup nudo. et tenu
erunt eum. At ille reiecta sindone. nud
pfugit ab eis. Et adduxert ihm ad sū
mum sacerdotem. et conuenert omis
sacerdotes et scribe. et seniores. Petrus
aut alonge secutus est eum. usq; intro
in atrium summi sacerdotis. Et sedebat
cum ministris. et calefaciebat se ad ig
nem. Summi uero sacerdotes et omē cō
silium. querebant adūsum ihm testimo
nium ut eum morti tradent. nec inue
niebant. Multi enim testimoniū falsū

dicebant adu͡ſus eum: et conuenientia
teſtimonia non erant. Et quidam ſurgē-
tes falſum teſtimonium ferebant adu͡ſu͡
eum dicentes. s. Q͞m nos audiuim⁹ eum
dicentem. Ego diſſoluam templum hoc
manufactum: et ꝑ triduum aliud non
manufactum edificabo. a. Et non erat
conueniens teſtimonium illoꝝ. Et exur-
gens ſummus ſacerdos in medio inꞇ̄ro-
gauit ih͞m dicens. s. Non reſpondes qc-
quam ad ea que tibi obiciunt͞ ab hiis?
a. Ille aut͞ tacebat: et nichil reſpondit.
Rurſum ſummus ſacerdos interrogabat
eum: et dixit ei. s. Tu es xp͞s filius dei
benedicti? a. Ih͞s aut͞ dixit ei. ✠ Ego ſum.
Et uidebitis filium ho͞is a dextris ſeden-
tem uirtutis: et uenientem cum nubib;
celi. a. Summus aut͞ ſacerdos ſcindens
ueſtimenta ſua: ait. s. Quid adhuc deſide-
ramus teſtes? Audiſtis blaſphemiam.
Quid uob͞ uidet͞? a. Qui om͞s condemp-
nauerūt eum ee͞ reum mortis. Et ceperūt

quidam conspuere in eum : et uelare fa-
ciem eius. et colaphis eum cedere. et dicē
ei. s. Prophiza. a. Et ministri alapis eum
cedebant. Et cum eēt petrus in atrio deor-
sum : uenit una ex ancillis summi sacer-
dotis. et cum uidisset petrum calefacien-
tem se. aspiciens illum. ait. s. Et tu cū ihū
nazareno eras. a. At ille negauit. dicens.
s. Neq; scio. neq; noui quid dicis. a. Et exiit
foras ante atrium. et gallus cantauit.
Rursum autē cum uidisset illum alia an-
cilla cepit dicē circumstantib; s. Quia hic
ex illis est. a. At ille iterum negauit. Et
post pusillum. rursum qui astabant di-
cebant petro. s. Vere ex illis es. nam et ga-
lileus es. a. Ille autē cepit anathematiza-
re et iurare. quia nescio hoīem istum quē
dicitis. Et statim iterum gallus canta-
uit. Et recordatus est petrus uerbi ihū
qd dixāt ei. priusquam gallus cantet bis.
ter me negabis. et cepit flere. Et cōfe-
stim mane consilium facientes summi

ſacerdotes: cum ſenioribꝫ et ſcribis: et u
niuerſo conſilio: uincientes ihm: duxerunt
et tradiderunt pilato. Et interrogauit eum
pilatus. s. Tu es rex iudeorum? a. At ille re-
ſpondens: ait illi. ✠ Tu dicis. a. Et accu-
ſabant eum ſummi ſacerdotes in multis.
Pilatus autem rurſum interrogauit eum:
dicens. s. Non reſpondes quicquam. Vi-
des in quantis te accuſant? a. Jhs autem
amplius nichil reſpondit: ita ut mira-
retur pilatus. Per diem autem feſtum di-
mittere ſolebat illis unum ex uinctis:
quemcumqꝫ petiſſent. Erat autem qui dice-
batur barabas: qui cum ſeditioſis erat uinc-
tus: qui in ſeditione fecerat homicidium.
Et cum aſcendiſſet turba: cepit rogare
ſicut ſemper faciebat illis. Pilatus autem reſ-
pondit eis: et dixit. s. Vultis dimittam
uobis regem iudeorum? a. Sciebat enim quod per
inuidiam tradidiſſent eum ſummi ſacer-
dotes. Pontifices autem concitauerunt turbam:
ut magis baraban dimitteret eis. Pilatus

aut iterum respondens ait eis. s Quid er-
go uultis faciam regi iudeorum. a At illi ite-
rum clamauerunt. s Crucifige eum. a Pilatus
autem uolens populo satisfacere: dimisit illis
baraban: et tradidit ihesum flagellis cesum.
ut crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum
intro in atrium pretorii: et conuocant to-
tam cohortem: et induunt eum purpu-
ra: et imponunt ei plectentes spineam
coronam: et ceperunt salutare eum. s Aue
rex iudeorum. a Et percutiebant caput eius
arundinem: et conspuebant eum: et po-
nentes genua: adorabant eum. Et post-
quam illuserunt ei: exuerunt illum purpura
et induerunt eum uestimentis suis: et edu-
cunt illum ut crucifigerent eum. Et anga-
riauerunt pretereuntem quempiam symonem cy-
reneum uenientem de uilla patrem ale-
xandri et rufi: ut tolleret crucem eius.
Et perducunt illum in golgotha locum.
quod est interpretatum caluarie locus. Et da-
bant ei bibere mirratum uinum: et non

accepit. Et crucifigentes eum: diuiserunt
uestimenta eius mittentes sortem super eis quis
quis tolleret. Erat autem hora tertia. et cru
cifixerunt eum. Et erat titulus cause eius in
scriptus: rex iudeorum. Et cum eo crucifi
xerunt duo latrones: unum a dextris: et alium
a sinistris eius. Et adimpleta est scriptura
que dicit: et cum iniquis reputatus est.
Et pretereuntes blasphemabant eum: uol
uentes capita sua et dicentes. S. Vah qui
destruis templum dei: et in tribus diebus
reedificas: saluum fac temetipsum de
scendens de cruce. A. Similiter et summi
sacerdotes illudentes ad alterutrum cum
senioribus et scribis dicebant. S. Alios sal
uos fecit: seipsum non potest saluum
facere. Xps rex israel: descendat nunc de cru
ce: ut uideamus et credamus. A. Et qui
cum eo crucifixi erant: conuitiabantur ei.
Et facta hora sexta: tenebre facte sunt
per totam terram usque in horam nonam. Et
hora nona: exclamauit ihs uoce magna

dicens. ✝ Heloy. heloy. lamasabathani. a.
Qđ est int̄pretatum ✝ Deus meus. ds meꝰ.
ut quid dereliquisti me. a Et quidam de cir
cumstantib; audientes. dicebant. s Ecce
helyam uocat. a Currens aut̄ unus et im
plens spongiam aceto. circumponensq;
calamo potum dabat ei. dicens. s Sinite.
si ueniat helyas ad deponendum eum. a.
Ihs aut̄ emissa uoce magna expirauit.
Et uelum templi scissum est in duo. a sū
mo usq; deorsum. Videns aut̄ centurio
qui ex adūso stabat. quia sic clamans ex
pirasset. ait. s. Vere, hic homo filius dei
erat. a Erant aut̄ et mulieres de longe
aspicientes. inter quas erat maria mag
dalene. et maria iacobi minoris. et io
seph mater. et salome. Et cum eēt in ga
lilea sequebant̄ eum. et ministrabant ei.
et alie multe que simul cum eo ascende
rant ierosolimam. euangelium.
Et cum iam sero eēt factum. quia erat
parasceue qđ est ante sabbatum. uenit

ioseph ab arimathia nobilis decurio: qui
et ipse erat expectans regnum dei. Et
audacter introiuit ad pilatum. et petiit
corpus ihu. Pilatus autem mirabatur si iam
obisset. Et accersito centurione: interroga-
uit eum si iam mortuus esset. Et cum co-
gnouisset a centurione. donauit corpus
ioseph. Joseph autem mercatus sindonem.
et deponens eum inuoluit in sindone. et
posuit eum in monumento quod erat excisum
de petra. Et aduoluit lapidem ad osti-
um monumenti. Fr. iiii. passio dni nri ihu
In illo t. Appropinquabat xpi secundum lucam.
autem dies festus azimorum qui dicitur pascha.
Et querebant principes sacerdotum et
scribe: quomodo ihm interficerent. Time-
bant uero plebem. Intrauit autem satha-
nas in iudam qui cognominatur scarioth.
unum de duodecim: et abiit et locutus
est cum principibus sacerdotum et ma-
gistratibus quemadmodum illum traderet
eis. Et gauisi sunt: et pacti sunt pecu-

niam illi dare. Et spopondit. Et querebat
oportunitatem: ut traderet illum sine
turbis. Venit autem dies azimorum: in qua
necesse erat occidi pascha. et misit petrum
et iohem dicens. ✠ Euntes parate nob
pascha: ut manducemus. a. At illi dixe
runt. s. Vbi uis paremus? a. Et dixit
ad eos. ✠ Ecce introeuntib; uob in ciui
tatem: occurret uob homo amphoram
aque portans. Sequimini eum in do
mum in qua intrat. et dicetis patrifa
milias domus. Dicit tibi magister.
Vbi est diuersorium, ubi pascha cum disci
pulis meis manducem? Et ipse uo
bis ostendet cenaculum magnum stra
tum: et ibi parate. a. Euntes autem in
uenerunt sicut dixit illis ihs: et paraue
runt pascha. Et cum facta esset hora: di
scubuit: et duodecim apli cum eo. Et
ait illis. ✠ Desiderio desideraui hoc pasca
manducare uobiscum, ante quam patiar.
Dico enim uobis: quia ex hoc non man

dicabo illud: donec impleat̃ in regno dei.
a. Et accepto calice grãs egit: et dixit.
✝ Accipite et diuidite inter uos. Dico e-
nim uob: qđ non bibam de gen̄atione
uitis: donec regnum dei ueniat. a. Et ac-
cepto pane grãs egit: et fregit: et dedit
eis dicens: ✝ Hoc est corpus meum qđ p
uob tradet̃: hoc facite in meam comme-
morationem. a. Similiter et calicẽ post-
quam cenauit dicens: ✝ Hic est calix no-
uum testam̄tum in sanguine meo: qui
p uobis effundet̃. Verumtamen ecce ma-
nus tradentis me mecum est in m̄sa. Et
quidem filius hoīs secdm qđ diffinitū
est uadit. Verumtam̄ ue illi homini p
quem tradet̃. a. Et ipsi ceperũt querere
inter se: quis eẽt ex eis qui hoc facturꝰ
eẽt. a. Facta est aũt et contentio inter eos.
quis eoꝝ uidet̃ur eẽ maior. Dixit aũt
eis ✝ Reges gentium dn̄antur eoꝝ:
et qui potestatem habent sup eos: be-
nefici uocant̃. Vos aũt non sic. Sed qui

maior est in uob: fiat sicut iunior. Et q
precessor est: sicut ministrator. Nam qs
maior est qui recumbit: an qui minis-
trat? nonne qui recumbit? Ego aut
in medio urm sum: sicut qui ministrat.
Vos aut estis qui pmansistis mecum in
temptationib; meis. et ego dispono uo-
bis sicut disposuit michi pater meus
regnum. ut edatis et bibatis sup msa
meam in regno meo: et sedeatis super
thronos iudicantes duodecim tribus
isrł. a Ait aut dns symoni ✠ Symon.
ecce sathanas expetiuit uos. ut cribra-
ret sicut triticum. Ego autem rogaui pro
pro te. ut non deficiat fides tua. Et
tu aliquando conuersus confirma fres
tuos. a Qui dixit ei. s. Dne. tecum para-
tus sum: et in carcem et in morte ire.
a. Et ille dixit ✠ Dico tibi petre. non
cantabit hodie gallus. donec ter abne-
ges nosse me. a Et dixit eis ✠ Quando
misi uos sine sacculo et pera et calciam-

tis. numquid aliquid defuit uobis. a At il-
li dixerunt. s Nichil. a Dixit ergo eis. ✠ Set
nunc qui habet sacculum. tollat similiter
et peram. et qui non habet. uendat tu-
nicam suam. et emat gladium. Dico enim
uobis. quoniam adhuc hoc quod scriptum est opor-
tet impleri in me. et quod cum iniquis de-
putatus est. Etenim ea que sunt de me.
finem habent. a At illi dixerunt. s Domine. ecce
gladii duo hic. a At ille dixit eis ✠ Satis
est. a Et egressus ibat secundum consuetudi-
nem. in montem oliuarum. Secuti sunt autem
illum et discipuli. Et cum peruenisset ad
locum. dixit illis ✠ Orate. ne intretis in
temptationem. a Et ipse auulsus est ab
eis quantum iactus est lapidis. Et positis
genibus orabat dicens ✠ Pater. si uis trans-
fer calicem istum a me. Veruntamen non mea
uoluntas. set tua fiat. a Apparuit autem illi
angelus de celo. confortans eum. Et factus
in agonia. prolixius orabat. Et factus est
sudor eius sicut gutte sanguinis decurrentis

tis in terram. Et cum ſurrexiſſet ab orati
one. et ueniſſet ad diſcipulos ſuos.
inuenit eos dormientes pre triſtitia. Et ait
illis. ✠ Quid dormitis? ſurgite et orate.
ne intretis in temptationem. a Adhuc eo
loquente. ecce turba et qui uocabatur iudas
unus de duodecim antecedebat eos. et ap
propinquauit ihesu ut oscularetur eum. Ihesus
autem dixit illi ✠ Iuda. oſculo filium hominis
tradis? a Videntes autem hii qui circa ipsum
erant quod futurum erat dixerunt ei. s Domine.
ſi percutimus in gladio? a Et percuſſit unus
ex illis ſeruum principis ſacerdotum. et
amputauit auriculam eius dextram.
Reſpondens autem ihesus ait ✠ Sinite uſque
huc. a Et cum tetigiſſet auriculam eius.
ſanauit eum. Dixit autem ihesus ad eos qui
uenerant ad ſe principes ſacerdotum. et
magiſtratus templi. et ſeniores. ✠ Qua
ſi ad latronem exiſtis cum gladiis et fu
ſtibus. cum cotidie uobiſcum fuerim in tem
plo. non extendiſtis manus in me. Set

hec est hora ur̃a: et potestas tenebrarum. a.
Comphendentes autẽ eum: duxerũt ad do-
mum principis sacerdotum. Petrus ue-
ro sequebatur eum alonge. Accenso autẽ ig-
ne in medio atrio. et circumsedentibus
illis erat petrus in medio eorum. Quem cũ
uidisset ancilla quedam sedentem ad lu-
men: et cum fuisset intuita dixit. s Et
hic cum illo erat. a At ille negauit eum
dicens. s Mulier non noui illum. a Et
post pusillum: alius uidens eum: dixit.
s Et tu de illis es. a Petrus uero ait. s O
homo: non sum. a Et intervallo facto: qua-
si hore unius: alius quidam affirmabat
dicens. s Vere et hic cum illo erat: nam
et galileus est. a Et ait petrus. s Homo,
nescio quid dicis. a Et continuo adhuc
illo loquente: cantauit gallus. Et con-
uersus dñs respexit petrum. Et recordatus
est petrus uerbi dñi sicut dixerat: quia
priusquam gallus cantet: ter me nega-
bis. Et egressus foras petrus fleuit ama

re. Et uiri qui tenebant ihm: illudebant
ei cedentes. Et uelauerunt eum: et percutie
bant faciem eius: et interrogabant eum:
dicentes. s. Prophetiza: quis est qui te
percussit? a. Et alia multa blasphemantes
dicebant in eum. Et ut factus est dies:
conuenerunt seniores plebis: et principes
sacerdotum et scribe: et duxerunt illum in con
silium suum: dicentes. s. Si tu es xps: dic
nobis. a. Et ait illis. ✠ Si uobis dixero non
creditis michi. Si autem et interrogauero: non
respondebitis michi: neque dimittetis. Ex
hoc autem erit filius hominis sedens a dextris
uirtutis dei. a. Dixerunt autem omnes. s. Tu ergo
es filius dei? a. Qui ait. ✠ Vos dicitis quia
ego sum. a. At illi dixerunt. s. Quid adhuc de
sideramus testimonium? Ipsi enim audi
uimus ex ore eius. a. Et surgens omnis
multitudo eorum: duxerunt illum ad pilatum.
Ceperunt omnes accusare illum dicentes. s.
Hunc inuenimus subuertentem gentem
nostram: et prohibentem tributa dari cesari.

et dicentem se xp̄m regem ee̅. a Pilatus aut̄
interrogauit eum dicens. s Tu es rex iudeorum.
a At ille respondens ait. ✠ Tu dicis. a Ait
aut̄ pilatus ad principes sacerdotum et
turbas. s Nichil inuenio cause in hoc ho-
mine. a At illi inualescebant dicentes. s.
Commouit p̄p̄lm docens p uniu̅sam iudeā
et incipiens a galilea usq; huc. a Pilatus
aut̄ galileam audiens. interrogauit si ho
mo galileus ee̅t. Et ut cognouit q̄d de
herodis potestate ee̅t. remisit eum ad
herodem. qui et ipse ierosolimis erat il
lis dieb;. Herodes aut̄ uiso ih̄u. gauisus
est ualde. Erat enim ex multo tempore
cupiens uidere eum. eo q̄d audierat mul-
ta de illo. et sp̄abat signum aliq̄d uide̅
ab eo fieri. Interrogabat aut̄ illum multis
sermonib;. At ipse nichil respondebat.
Stabant aut̄ principes sacerdotum et
scribe constant̄ accusantes eum. Spre-
uit aut̄ illum herodes cum exercitu suo.
et illusit indutū ueste alba. et remisit

ad pilatum. Et facti sunt amici herodes
et pilatus in ipsa die. nam antea ini
mici erant ad inuicem. Pilatus autē
conuocatis principib; sacerdotum et
magistratib;. et plebe. dixit ad illos.
s. Obtulistis michi hunc hoīem quasi
auertentem ꝑplm. et ecce ego coram uob
interrogans. nullam causam inuenio in
hoīe isto. ex hiis in quib; eum accusatis.
Set neq; herodes. Nam remisit illum
ad uos. et ecce nichil dignum morte
actum est ei. Emendatum ergo illum di
mittam. a. Necesse aut̄ habebat dimittē
eis ꝑ diem festum unum. Exclamauit
aut̄ simul uniūsa turba dicens. s. Tolle
hunc. et dimitte nob barraban. a. Qui
erat ꝓpter seditionem quandam factā
in ciuitate et homicidium missus in
carcēm. Iterum aut̄ pilatus locutus
est ad illos. uolens dimittē ihm. At
illi succlamabant dicentes. s. Crucifige.
crucifige eum. a. Ille aut̄ tertio dixit

ad illos. s. Quid enim mali fecit iste.
Nullam causam mortis inuenio in eo.
Corripiam ergo illum et dimittam. a.
At illi instabant uocib; magnis postu
lantes ut crucifigeret. Et inualescebat
uoces illoꝝ. Et pilatus adiudicauit
fieri petitionem eoꝝ. Dimisit aut illis
eum qui ꝓpt homicidium missus fuerat
in carcerem quem petebant. ihm uero tra
didit uoluntati eoꝝ. Et cum ducerent
eum. apphenderunt symonem quendam
cyrenensem uenientem de uilla. et im
posuerunt illi crucem portare post ihm.
Sequebat aut illum multa turba ppli
et mulierum que plangebant et lam
tabant eum. Conuersus aut ad illas ihs
dixit. ✝ Filie ierlm. nolite flere sup me.
sed sup uos ipsas flete. et sup filios urõs.
Qm ecce uenient dies. in quib; dicent.
Beate steriles, et uentres qui non genue
runt. et ubera que non lactauerunt. Tunc
incipient dicere montib; cadite sup nos.

et collib; operite nos. Quia si in uiridi lig-
no hoc faciunt: in arido quid fiet? Duceba-
tur aut̄ et alii duo nequam cum eo: ut in
terficerent. Et postquam venerunt in locum
qui uocat̄ caluarie: ibi crucifixerunt eum.
et latrones unum a dextris: et alterum
a sinistris. Jhs aut̄ dicebat. ✠ Pater di-
mitte illis: non enim sciunt quid fa-
ciunt. a. Diuidentes uero uestimenta eius:
miserunt sortem. Et stabat ppl's expectans
Et deridebant illum principes cum eis
dicentes. s. Alios saluos fecit: se saluum
faciat: si hic est xp̄s dei electus. a. Illude-
bant aut̄ eum et milites accedentes. et
acetum offerentes: dicebant ei. s. Si tu
es rex iudeorum: saluum te fac. a. Erat
aut̄ et superscriptio scripta sup illum lit-
teris grecis. latinis: et hebrayцis. Hic
est rex iudeorum. Vnus aut̄ de hiis qui pe-
debant latronib; blasphemabat eum
dicens. s. Si tu es xp̄s: saluum fac temet-
ipsum et nos. a. Respondens aut̄ alter

increpabat illum dicens. s. Neque tu times deum: quod in eadem dampnatione es. Et nos quidem iuste. nam digna factis recepimus: hic uero nichil mali gessit. a. Et dicebat ad ihesum. s. Domine. memento mei: dum ueneris in regnum tuum. a. Et dixit illi ihesus. ✠ Amen dico tibi: hodie mecum eris in paradiso. a. Erat autem fere hora sexta: Et tenebre facte sunt in uniuersa terra usque in horam nonam. Et obscuratus est sol. Et uelum templi scissum est medium: et clamans ihesus uoce magna: ait. ✠ pater: in manus tuas commendo spiritum meum. a. Et hec dicens: expirauit. Videns autem centurio quod factum fuerat: glorificauit deum dicens. s. Vere hic homo iustus erat. a. Et omnis turba eorum qui simul aderant ad spectaculum istud: et uidebant que fiebant: percutientes pectora sua reuertebantur. Stabant autem omnes noti eius a longe: et mulieres que secute eum erant a galilea: hec uidentes. Eug.

Et ecce uir noīe ioſeph qui erat decurio
uir bonus et iuſtus. hic non conſen
ſerat conſilio et actib; eoꝝ. ab arimathia
ciuitate iudee. qui expectabat et ipſe
regnum dei. Hic acceſſit ad pilatum.
et petiit corpus ihu. Et depoſitum in
uoluit in ſindone. et poſuit eum in mo
numēto exciſo. in quo nondum quiſq̄
poſitus fuerat. fr̄. v. In cena dn̄i.
Ante [illegible] diez feſtum ſecđm iohem.
paſche. ſciens ihs quia uenit ei hora
ut tranſeat ex hoc mundo ad patrem.
cum dilexiſſet ſuos qui erant in mun
do. in finem dilexit eos. Et cena facta.
cum diabolus iam miſiſſet in cor. ut
tradēt eum iudas ſymonis ſcariothis.
ſciens quia om̄ia dedit ei pater in ma
nus. et quia a deo exiuit et ad dm̄ ua
dit. ſurgit a cena. et ponit ueſtim̄ta
ſua. Et cum accepiſſet lintheum p̄cinc
xit ſe. Deinde miſit aquam in peluim.
et cepit lauare pedes diſcipuloꝝ. et ex

tergeret linthео quo erat pcinctus. Venit
ergo ad symonem petrum: et dicit ei pe
trus. Dne. tu michi lauas pedes: Res
pondit ihs: et dicit ei. Qd ego facio: tu
nescis modo: scies aut postea. Dicit ei
petrus. Non lauabis michi pedes in et
num. Respondit ei ihs. Si non lauero
te. non habebis partem mecum. Dicit
ei symon petrus. Dne. non tantu pedes. set
et manus et capud. Dicit ei ihs. Qui
lotus est non indiget nisi ut pedes la
uet. set est mundus totus. Et uos mu
di estis set non oms. Sciebat enim quis
nam eet qui traderet eum: ppterea dixit.
non estis mundi oms. Postquam ergo
lauit pedes eoz. et accepit uestimta sua.
cum recubuisset iterum dixit eis. Scitis
qd fecerim uobis. Vos uocatis me magi
ster et dne. et bene dicitis. Sum et enim.
Si ergo ego laui uros pedes dns et ma
gister. et uos debetis alter alteri lauare
pedes. Exemplum enim dedi uobis: ut

quemadmodum ego feci uob. ita et uos
faciatis. Fr. vi. die sco parasceue. passio dni n
In illt. Egressus est ihs ihu x secdm iohem.
cum discipulis suis trans torrentem cedron.
ubi erat ortus. in quem introiuit ipse
et discipuli eius. Sciebat aut et iudas
qui tradebat eum locum. quia frequent
ihs conuenat illuc cum discipulis suis.
Iudas ergo cum accepisset cohortem et a
pontificib; et phariseis ministros. uenit
illuc cum lanternis. et facib; et armis. Ihs
itaq; sciens omia que uentura erant sup
eum. pcessit et dixit eis ✝ Quem quer
tis. a. Responderunt ei. s. Ihm nazarenum.
a Dixit eis ihs. ✝ Ego sum. a Stabat aut
et iudas qui tradebat eum cum ipsis. Vt
ergo dixit eis ego sum. abierunt retrorsum
et ceciderunt in terram. Iterum ergo interroga
uit eos ✝ Quem queritis. a Illi aut dixe
runt. s. Ihm nazarenum. a Respondit
ihs. ✝ Dixi uob. quia ego sum. Si ergo me
queritis. sinite hos abire. a Vt impleret

sermo quem dixit . quia quos dedisti mi
chi non pdidi ex illis quemquam . Symō
ergo petrus habens gladium eduxit eū .
et percussit pontificis seruum . et absciđit
auriculam eius dextram . Erat aūt no
men seruo malchus . Dixit ergo ihs pe
tro . ✠ Mitte gladium in uagina . Calicem
quem dedit michi pater non bibam illū .
a. Cohors ergo et tribunus et ministri iu
deoꝝ comphenderūt ihm . et ligauerūt eū
et adduxerūt eum ad annam primū . Erat
enim socer cayphe . qui erat pontifex an
ni illius . Erat aūt cayphas qui consiliū
dederat iudeis . quia expedit unum hoīez
mori p ppl'o . Sequebat̄ aūt ihm symon
petrus et alius discipulus . Discipulus
aūt ille erat notus pontifici . et introi
uit cum ihu in atrium pontificis . Pe
trus aūt stabat ad hostium foris . Exiuit
ergo discipulus ille qui erat notus pō
tifici . et dixit hostiarie . et introduxit
petrum . Dicit ergo petro ancilla hostia

ria. s Numquid et tu ex discipulis es ho
minis istius? a Dicit ille. s Non sum. a.
Stabant aut̄ servi et ministri ad prunã.
quia frigus erat et calefaciebant se. Erat
aut̄ cum eis et petrus stans: et calefaciēs
se. Pontifex ergo introgavit ihm de di
scipulis suis et de doctrina eius. Respõ
dit ihs. ✠ Ego palam locutus sum mu
do. ego semp̱ docui in synagoga et in tē
plo quo om̄s iudei conveniunt. et in oc
culto locutus sum nichil. Quid me int̄
rogas? Introga eos qui audierūt quid lo
cutus sim ipsis. Ecce ipsi sciunt que di
xerim ego. a Hec aut̄ cum dixisset: unus
assistens ministroꝝ. dedit alapam ihu
dicens. s. Sic respondes pontifici? a. Res
pondit ei ihs ✠ Si male locutus sum.
testimonium ꝑhibe de malo. Si aut̄ be
ne: quid me cedis? a Et misit eum an
nas ligatum ad cayphan pontificem.
Erat aut̄ symon petrus stans: et cale
faciens se. Dixit ergo ei. s. Numquid

et tu ex discipulis eius es? a. Negauit il
le. et dixit. s. Non sum. a. Dicit unus ex
seruis pontificis cognatus eius cui pe
trus abscidit auriculam. s. Nonne ego
uidi te in orto cum illo? a. Iterum ergo
negauit petrus. Et statim gallus can
tauit. Adducunt ergo ihm ad pylatum
in pretorium. Erat autem mane. Et ipsi
non introierunt in pretorium. ut non con
taminarentur. sed manducarent pascha.
Exiuit ergo pilatus ad eum foras. et di
xit. s. Quam accusationem affertis ad
uersus hominem hunc? a. Responderunt. et di
xerunt ei. s. Si non esset hic malefactor: non
tibi tradidissemus eum. a. Dixit ergo ei
pilatus. s. Accipite eum uos. et secundum
legem uestram iudicate eum. a. Dixerunt er
go ei iudei. s. Nobis non licet interficere
quemquam. a. Ut sermo ihu impleretur
quem dixit. Significans qua morte esset
moriturus. Introiuit ergo iterum in pre
torium pilatus. et uocauit ihm. et di

xit ei. s. Tu es rex iudeorum? a. Et respon
dit ihs. ✠ A temetipso hoc dicis: an alii
tibi dixerunt de me? a. Respondit pilatus.
s. Numquid ego iudeus sum? gens tua
et pontifices tradiderunt te michi. Quid
fecisti? a. Respondit ihs. ✠ Regnum meum
non est de hoc mundo. Si ex hoc mundo
esset regnum meum: ministri mei utique
decertarent: ut non traderer iudeis.
Nunc autem regnum meum non est hinc.
a. Dixit itaque ei pilatus. s. Ergo rex es
tu? a. Respondit ihs. ✠ Tu dicis: quia rex
sum ego. Ego in hoc natus sum et ad hoc
ueni in mundum: ut testimonium perhi
beam ueritati. Omnis qui est ex ueritate: au
dit meam uocem. a. Dicit ei pilatus. s.
Quid est ueritas? a. Et cum hoc dixisset:
iterum exiuit ad iudeos. et dicit eis. s.
Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem
consuetudo uobis ut unum dimittam uo
bis in pascha. Vultis ergo dimittam uo
bis regem iudeorum? a. Clamauerunt rursum

om̄s dicentes. s. Non hunc ſed barraban.
a. Erat aut̄ barabas latro. Tunc ergo ap
ꝓhendit pilatus ihm̄. et flagellauit.
Et milites plectentes coronam de ſpi
nis impoſuer̄t capiti eius. et ueſte pur
purea circumdeder̄t eum. et ueniebāt
ad eum et dicebant. s. Aue rex iudeoꝝ.
a. Et dabant ei alapas. Exiit iterum pi
latus foras. et dixit eis. s. Ecce adduco
uob̄ eum foras. ut cognoſcatis quia nul
lam cauſam inuenio in eo. a. Exiit ergo
ihs portans ſpineam coronam. et pur
pureum ueſtimentum. et dicit eis. s. Ecce
homo. a. Cum ergo uidiſſent eum ponti
fices et miniſtri. clamabant dicentes.
s. Crucifige. crucifige eum. a. Dicit eis pi
latus. s. Accipite eum uos. et crucifigi
te. Ego enim non inuenio in eo cauſā.
a. Reſponder̄t ei iudei. et dixer̄t. s. Nos le
gem habemus. et ſecdm̄ legem debet
mori. quia filium dei ſe fecit. a. Cum er
go audiſſet pilatus hunc ſermonē. ma

gis timuit. Et ingressus est p̄torium ite
rum: et dicit ad ihm̄. s. Vnde es tu? a.
Ihs aut̄ responsum non dedit ei. Dicit
ergo ei pilatus. s. Michi non loqueris?
Nescis quia potestatem habeo crucifige
te: et potestatem habeo dimitte te. a Re
spondit ihs. ✝ Non haberes potestatem ad
u͂sus me ullam: nisi tibi datum eet̄ de
sup̄. Propt̄ea qui tradidit me tibi: ma
ius peccatum habet. a Et exinde quere
bat pilatus dimitte eum. Judei aut̄ cla
mabant dicentes. s. Si hunc dimittis:
non es amicus̄ cesaris: Om̄s enim qui
se regem facit: contradicit cesari. a Pi
latus aut̄ cum audisset hos sermones:
adduxit foras ihm̄: et sedit p̄ tribu
nali in locum qui dicit̄ lythostratos:
hebrayce aut̄ galbatha. Erat aut̄ pa
rasceue pasche: hora quasi sexta. Et di
cit iudeis. s. Ecce rex vr̄. a Illi aut̄ cla
mabant. s Tolle tolle crucifige eum. a.
Dicit eis pilatus. s Regem vr̄m crucifi

gam: a Responderũt pontifices. s Non ha-
bemus regem nisi cesarem. a Tunc ergo
tradidit eis illum ut crucifigeret̃. Susce-
per̃ aut̃ ihm. et eduxer̃. Et baiulans
sibi crucem. exiuit in eum qui dicit̃ cal-
uarie locum. hebrayce aut̃ golgotha.
ubi eum crucifixer̃. et cum eo alios du-
os. hinc et inde. medium aut̃ ihm.
Scripsit aut̃ et titulum pilatus. et po-
suit sup crucem. Erat aut̃ scriptum.
Ihs nazarenus rex iudeoꝝ. Hunc ergo
titulum multi leger̃ iudeoꝝ. quia ꝓpe
ciuitatem erat locus ubi crucifixus est
ihs. Et erat scriptũ hebrayce. grece. et
latine. Dicebant ergo pilato pontifices iu-
deoꝝ. s Noli scribere rex iudeoꝝ. set qa
ipse dixit rex sum iudeoꝝ. a Respon-
dit pilatus. s Qd scripsi scripsi. a Mili-
tes ergo cum crucifixissent eum. accepe-
runt uestimenta eius. et fecer̃ quatuor
partes. unicuiq; militi partem et tu-
nicam. Erat aut̃ tunica inconsutilis.

desup contexta p totum. Dixerũt ergo
ad inuicem. S Non scindamus eam: set
sortiam̃ de illa cuius sit. a. Vt scriptura
impleretur dicens. Partiti sunt uestimenta
mea sibi: et in uestem meam miserũt sor
tem. Et milites quidem hec fecerũt. Sta
bant autẽ iuxta crucem ihu mater eius:
et soror matris eius maria cleophe: et
maria magdalene. Cum uidisset ergo
ihs matrem et discipulũ stantẽ quem di
ligebat: dicit matri sue. ✠ Mulier: ecce
filius tuus. a Deinde dicit discipulo. ✠
Ecce mater tua. a Et ex illa hora: accepit
eam discipulus in sua. Postea sciens ihs
quia iam om̃ia consumata sunt: ut con
sumaretur scriptura dicit. ✠ Sitio. a Vas er
go positum erat aceto plenum. Illi autẽ
spongiam aceto plenam ysopo circumpo
nentes: optulerũt ori eius. Cum ergo ac
cepisset ihs acetũ: dixit. ✠ Consumatũ
est. a Et inclinato capite: tradidit spm.
Iudei ergo qm̃ parasceue erat: ut non re

manerent in cruce corpora sabbato. erat e-
nim magnus dies ille sabbati. rogauerunt
pilatum ut frangerentur eorum crura et tolle-
rentur. Venerunt ergo milites. et primi quidem
fregerunt crura. et alterius qui crucifixus est
cum eo. ad ihesum autem cum uenissent. ut ui-
derunt eum iam mortuum. non fregerunt eius
crura. sed unus militum lancea latus eius a-
peruit. et continuo exiuit sanguis et aqua.
Et qui uidit testimonium perhibuit. et ue-
rum est testimonium eius. Et ille scit quia
uera dicit. ut et uos credatis. Facta sunt
autem hec. ut scriptura impleretur. os non com-
minuetis ex eo. Et iterum alia scriptura
dicit. Videbunt in quem transfixerunt.
Post hec rogauit pilatum ioseph eug.
ab arimathia eo quod esset discipulus ihesu.
occultus autem propter metum iudeorum. ut tol-
leret corpus ihesu. Et permisit pilatus. Venit
ergo et tulit corpus ihesu. Venit autem et ny-
chodemus qui uenerat ad ihesum nocte pri-
mum. ferens mixturam mirre et aloes.

quasi libras centum. Accepert ergo corpus
ihu: et ligauert eum lintheis cum aroma
tib: sicut mos est iudeis sepelire. Erat
aut in loco ubi crucifixus est ortus: et in
orto monumtum nouum: in quo nondū
quisquam positus fuerat. Ibi ergo pp̄ter
parasceuen iudeoȝ: quia iuxta erat mo
numtum posuert ihm. In sabbato scō.
Vespere aut sabbati que Sec. mathei.
lucescit in prima sabbati: uenit ma
ria magdalene: et altera maria uidē
sepulchrum. Et ecce terremotus factus ē
magnus. Angelus aut dni descendit de
celo: et accedens reuoluit lapidem: et
sedebat sup eum. Erat aut aspectus ei
sicut fulgur: et uestimta eius sicut nix.
Pre timore aut eius exterriti sunt custodes.
et facti sunt uelud mortui. Respondens
aut angelus: dixit mulierib; Nolite
timere uos. Scio enim qd ihm qui cruci
fixus est queritis. Non est hic. Surrexit
enim sicut dixit. Venite et uidete lo

eum: ubi positus erat dn̄s. Et cito eun
tes dicite discipulis ei. et petro: quia sur
rexit dn̄s: et ecce precedet uos in galileā.
Ibi eum uidebitis. ecce predixi uobis. Dn̄ica
sc̄m pascha. Seq̄. sc̄i euangelii secundū
In illo t. Maria magdalene: marcum.
et maria iacobi et salome: emerūt aro
mata: ut uenientes ungerent ihm.
Et ualde mane una sabbatorum: ue
niunt ad monumentum orto iam so
le. Et dicebant ad inuicem. Quis re
uoluet nob lapidem ab hostio monu
menti? Et respicientes. uiderūt reuolu
tum lapidem: erat quippe magnus ual
de. Et introeuntes in monumentum: ui
derūt iuuenem sedentem in dextris: coo
pertum stola candida. et obstupuerūt. Qui
dicit illis. Nolite expauescere. Ihm queri
tis nazarenum: crucifixum. Surrexit.
non est hic. Ecce locus ubi posuerūt eū.
Sed ite dicite discipulis eius. et petro:
quia precedet uos in galileam. Ibi eum

In uidebitis: sicut dixi uob. Fr. ii. secundum lucam.
In illo t. Duo ex discipulis ihu
ibant ipsa die in castellum, qd erat in spa
tio stadiorum sexaginta ab ierlm. noie em
maus. Et ipsi loquebant ad inuicem:
de hiis omib; que acciderant. Et factum
est dum fabularentur et secum quererent.
et ipse ihs appropinquans ibat cum illis.
Oculi aut tenebant ne eum agnoscerent.
Et ait ad illos. Qui sunt hii sermones
quos confertis ad inuicem ambulantes
et estis tristes: Et respondens unus cui
nom cleopas. dixit ei. Tu solus pegrinus es
in ierlm et non cognouisti que facta sunt
in illa hiis dieb;: Quib; ille dixit. Que:
Et dixerunt. De ihu nazareno qui fuit uir
ppha potens in ope et sermone coram deo
et omi populo. et quomodo tradiderunt
eum summi sacerdotes et principes nri
in dampnatione mortis. et crucifixerunt
eum. Nos aut sperabamus: quia ipse eet
redempturus isrl. Et nunc sup hec oia.

tia dies est hodie qđ hec facta sunt. Set
et mulieres quedam ex nr̄is terruer̄ nos.
que ante lucem fuer̄ ad monumentum. et
non inuento corpore ei. uener̄ dicentes.
se etiam uisionem angelorum uidisse. qui
dicunt eum uiuere. Et abier̄ quidam ex nr̄i
ad monumentum. et ita inuener̄ sicut mu
lieres dixer̄. ipsum uero non inuener̄. Et
ipse dixit ad eos. O stulti et tardi corde
ad credendum in omnib; que locuti sunt
prophe. Nonne hec oportuit pati xp̄m. et
ita intrare in gl'iam suam. Et incipiens
a moyse. et omnib; prophis. interpretabat illi
in omnib; scripturis que de ipso erant. Et
appropinquauer̄ castello quo ibant. et ip
se se finxit longius ire. Et coeger̄ illu
dicentes. Mane nobiscum quoniam aduesperascit.
et inclinata est iam dies. Et intrauit cum
illis. et factum est dum recumberet cum
illis. accepit panem. et benedixit. ac fre
git. et porrigebat illis. Et aperti sunt o
culi eorum. et cognouer̄ eum. Et ipse e-

uanuit ab oculis eorum. Et dixerunt ad in
uicem. Nonne cor nostrum ardens erat in
nobis de ihesu. dum loqueretur in uia. et
aperiret nobis scripturas. Et surgentes
eadem hora. regressi sunt in ierusalem. et
inuenerunt congregatos undecim. et eos
qui cum ipsis erant dicentes. quod surre
xit dominus uere et apparuit symoni. Et
ipsi narrabant que gesta erant in uia.
et quomodo cognouerunt eum in fractio
ne panis. fr. iii. secundum lucam.
In illo tempore. Stetit ihesus in medio discipulorum
suorum. et dixit eis. pax uobis. Ego sum.
nolite timere. Conturbati uero et contri
ti. existimabant se spiritum uidere. Et di
xit eis. Quid turbati estis. et cogitati
ones ascendunt in corda uestra. Videte
manus meas et pedes meos. quia ip
se ego sum. palpate et uidete. quia spiritus
carnem et ossa non habet. sicut me
uidetis habere. Et cum hoc dixisset.
ostendit eis manus et pedes. Adhuc

aut̄ illis non credentib;. et mirantib;
p̄ gaudio. dixit. Habetis aliquid qd̄ mā
ducet̄. At illi optulert̄ ei partem piſcis
aſſi. et fauūm mellis. Et cum mandu-
caſſet coram eis. ſumens reliquias dedit
eis. et dixit ād eos. Hec ſunt uerba que
locutus ſum ad uos. cum adhuc eēm uo-
bcum. qm̄ necēē est impleri om̄ia que
ſcripta ſunt in lege moyſi. et pp̄his.
et pſalmis de me. Tunc aperuit illis
ſenſum ut intelligent ſcripturas. et
dixit eis. Qm̄ ſic ſcriptum eſt. et ſic o
portebat xp̄m pati. et reſurgē a mor
tuis die tcia. et p̄dicari in noīe eius pe
nitentiam [et] remiſſionem peccatoꝝ
in om̄s gentes. Fr. iiii. ſecundū iohem.
In illo t. Manifeſtauit ſe ihs diſcipulis
ſuis ad mare tyberiadis. manifeſta
uit aut̄ ſic. Erant aut̄ ſymon petrū
et thomas qui dicit̄ didimus. et natha
nael qui erat a chana galilee. et filii ze
bedei. et alii ex diſcipulis eius duo. Dic

eis ſymon petrus. Vado piſcari. Dicunt
ei. Venimus et nos tecum. Et exierūt et
aſcenderūt in nauem. et illa nocte nich̄
prendiderūt. Mane aūt facto. ſtetit ihs
in litore. non tam̄ cognouerūt diſcipuli
quia ihs eſt. Dicit ergo eis ihs. Pueri.
numquid pulm̄tarium habetis? Reſ-
ponderūt ei. Non. Dixit eis. Mittite in
dexteram nauigii rete. et inuenietis.
Miſerūt ergo. et iam non ualebant il-
lud trahere. p̄ multitudine piſcium.
Dicit ergo diſcipulus ille quem dilige-
bat ihs petro. Dn̄s eſt. Symon petrus.
cum audiſſet quia dn̄s eſt. tunicam ſuc-
cinxit ſe. erat enim nudus et miſit ſe
in mare. Alii aūt diſcipuli nauigio ue-
nerūt. Non enim longe erant a terra.
ſed quaſi cubitis ducentis trahentes re-
te piſcium. Vt ergo deſcenderūt in terrā.
uiderūt prunas poſitas. et piſcem ſup-
poſitum et panem. Dicit eis ihs. Affer-
te de piſcib; quos p̄ndidiſtis nunc.

Ascendit symon petrus: et traxit rete
in t(er)ram plenum magnis piscib; centu(m)
quinquaginta trib;. Et cum tanti e(ss)ent:
non est scissum rete. Dicit eis ihs. Ve-
nite prandete. Et nemo audebat discu-
bentium interrogare eum: tu quis es?
scientes quia dns est. Et uenit ihs et
accepit panem: et dat eis: et piscem si-
militer. Hoc iam tertio manifestatus
est ihs discipulis suis. Fr. v. secundum
In illt. Maria stabat ad monu iohem.
mentum foris plorans. Dum ergo fleret
inclinauit se et prospexit in monumentu(m):
et uidit duos angelos in albis sedente(s):
unum ad capud: et unum ad pedes:
ubi positum fuerat corpus ihu. Dicu(n)t
ei illi. Mulier: quid ploras? Dicit eis.
Quia tulerunt dnm meum: et nescio ubi
posuerunt eum. Hec cum dixisset: conuersa
est retrorsum: et uidit ihm stantem:
et non sciebat quia ihs est. Dicit ei ihs.
Mulier: quid ploras? Quem queris?

Illa estimans quia ortulanus eet: dicit
ei. Dne: si tu sustulisti eum: dicito mi
chi: ubi posuisti eum: et ego eum tollã.
Dicit ei ihs. Maria. Conuersa illa: dicit ei.
Rabboni: qd dicit magister. Dicit ei ihs.
Noli me tangẽ. Nondum enim ascendi ad
patrem meum. Vade aut ad fres meos: et
dic eis. Ascendo ad patrem meum et patrẽ
urm: ad dnm meum: et dnm urm. Venit
maria magdalena annuntians discipulis.
quia uidi dnm: et hec dixit michi. Fer.
In ill t. Undecim .vi. secundum matheũ.
discipuli abiert in galileam: in montẽ
ubi constituerat illis ihs. Et uidentes
eum adorauert: quidam aut dubitauert.
Et accedens ihs locutus est eis: dicens.
Data est michi omis potestas in celo et
in terra. Euntes ergo docete omis gentẽ
baptizantes eos in noie patris et filii:
et sps sci: docentes seruare omia quecũ-
q; mandaui uob. Et ecce ego uobiscum sũ
omib; dieb; usq; ad cõsumationẽ seculi.

Inillt̄. Vna sab Sabb̄o. sc̄dm iohem.

bati maria magdalena uenit mane cū ad-
huc tenebre eēnt ad monumtum: et ui-
dit lapidem reuolutum: sublevatum a
monumto. Cucurrit ergo et uenit ad sy-
monem petrum: et ad illum discipulum
quem amabat ih̄s: et dicit eis. Tulerut
dnm̄ de monumto. et nescimus ubi posu-
erunt eum. Exiit ergo petrus et ille ali⁹
discipulus: et uenert̄ ad monumtum.
Currebant aut̄ duo simul. et ille alius
discipulus p̄cucurrit citius petro. et ue-
nit primus ad monumtum. Et cum se
inclinasset: uidit posita linteamina nō
tam̄ introiuit. Venit ergo symon petru
sequens eum: et introiuit in monumtū.
et uidit linteamina posita. et sudarium
qđ fuerat sup capud ei⁹: non cum lintea-
minib; positum: set separatim inuolutū
in unum locum. Tunc ergo introiuit et
ille discipl's qui uenat̄ primus ad monu-
mtum: et uidit et credidit. Nondū enim

sciebant scripturas: quia oportebat eum
a mortuis resurgere. Dominica oct. pasche. secundum
Cum sero esset die illo una sabbatorum. iohannem.
et fores essent clause ubi erant discipuli
congregati propter metum iudeorum: venit
ihs et stetit in medio: et dicit eis. Pax vo
bis. Et cum hoc dixisset: ostendit eis ma
nus et latus. Gavisi sunt ergo discipuli:
viso domino. Dixit ergo eis iterum. Pax vob.
Sicut misit me pater: et ego mitto vos.
Hoc cum dixisset: insufflavit et dixit
eis. Accipite spiritum sanctum: quorum remiseritis
peccata: remittuntur eis: et quorum retinue
ritis retenta sunt. Thomas autem unus de
duodecim qui dicitur didimus: non erat cum
eis: quando venit ihs. Dixerunt ergo ei alii
discipuli. Vidimus dominum. Ille autem dixit eis.
Nisi videro in manibus eius fixuram clavorum:
et mittam digitum meum in locum clavorum:
et mittam manum meam in latus eius: non
credam. Et post dies octo: iterum erant
discipuli eius intus: et thomas cum eis. Ve-

nit ihs ianuis clausis. et stetit in medio.
et dixit. Pax uob. Deinde dicit thome.
Infer digitum tuum huc. et uide manu
meas. et affer manum tuam et mitte in
latus meum. et noli ee incredulus sed fi
delis. Respondit thomas. et dixit ei. Dns
meus. et ds meus. Dicit ei ihs. Quia ui
disti me credidisti. beati qui non uiderunt
et crediderunt. Multa quidem et alia signa
fecit ihs in conspectu discipulorum suorum.
que non sunt scripta in libro hoc. Hec aut
scripta sunt ut credatis. quia ihs est xps
filius dei. et ut credentes uitam habeati
in noie eius. Dnica prima post oct pasche.
In illo t. Dixit ihs discipulis secdm iohem.
suis. Ego sum pastor bonus. Bonus pastor
aiam suam dat p ouibus suis. Mercennari
et qui non est pastor cuius non sunt oues
pprie. uidet lupum uenientem. et dimit
tit oues et fugit. Et lupus rapit et dis
pgit oues. Mercennarius aut fugit qa
mercennarius est. et non ptinet ad eum

de ouib;. Ego sum pastor bonus. et cog
nosco meas. et cognoscunt me mee.
Sicut nouit me pater. et ego agnosco
patrem. et aīam meam pono p ouibus
meis. Et alias oues habeo que non sūt
ex hoc ouili. et illas oportet me adduce.
et uocem meam audient. Et fiet unū
ouile. et unus pastor. Dñica. iii. post
pasc. Dixit ihs discipulis suis. Iohem.
Modicum et iam non uidebitis me. et
iterum modicum et uidebitis me. quia
uado ad patrem. Dixerūt ergo discipuli eius ad
inuicem. Quid est hoc qd̄ dicit nob. modi
cum et non uidebitis me. et iterum mo
dicum et uidebitis me. quia uado ad
patrem. Dicebant ergo. Quid est hoc qd̄
dicit modicum. Nescimus quid loquit̄.
Cognouit aut̄ ihs quia uolebant eū int̄
rogare. et dixit eis. De hoc queritis int̄
uos. quia dixi modicum et non uidebi
tis me. et iterum modicum et uidebitis
me. Amē amē dico uob. quia plorabitis

et flebitis uos. mundus autem gaudebit.
uos autem contristabimini. set tristitia uestra
uertetur in gaudium. Mulier cum parit tri
stitiam habet: quia uenit hora eius. Cum autem
peperit puerum: iam non meminit pres
sure propter gaudium: quia natus est homo
in mundum. Et uos igitur nunc quidem
tristitiam habetis. Iterum autem uideo uos:
et gaudebit cor uestrum: et gaudium uestrum
nemo tollet a uobis. Dominica .iiii. secundum Io
In illo tempore dixit ihesus discipulis suis. hannem.
Vado ad eum qui misit me: et nemo ex
uobis interrogat me: quo uadis? Set quia
hec locutus sum uobis: tristitia impleuit
cor uestrum. Set ego ueritatem dico uobis: expe
dit uobis ut ego uadam. Si enim non
abiero paraclitus non ueniet ad uos.
Si autem abiero: mittam eum ad uos. Et
cum uenerit: ille arguet mundum de pec
cato: et de iustitia: et de iudicio. De
peccato quidem: quia non crediderunt in
me. De iustitia uero: quia ad patrem

uado: et iam non uidebitis me. De iudi
cio aut: quia princeps huius mundi
iudicatus est. Adhuc multa habeo uob
dicere: set non potestis portare modo.
Cum aut uenit ille sps ueritatis: docebit
uos omnem ueritatem. Non enim loquetur
a semetipso: set quecumq; audiet loque
tur: et que uentura sunt annuntiabit
uobis. Ille me clarificabit: quia de meo
accipiet: et annuntiabit uobis. Dnica.
In illt. Dixit ihs di .iiii. secdm iohem.
scipulis suis. Amen amen dico uob. si quid pe
tieritis patrem in noie meo dabit uob.
Usq; modo non petistis quicquam in no
mine meo. Petite: et accipietis: ut ga
